MASTER NEGATIVE
NO. 93-81527-6

AUTHOR:

MINUCIUS FELIX, MARCUS

TITLE:

M. MINUCII FELICIS OCTAVIUS

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1886

Master Negative #

93-81527-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/SAVE  Books      FUL/BIB   NYCG93-B2888          Acquisitions     NYCG-ME
Record 1 of 0 - SAVE record
UNI
  ID:NYCG93-B2888             RTYP:a    ST:s    FRN:   MS:   EL:      AD:04-01-93
  CC:9668  BLT:am      DCF:?   CSC:?   MOD:     SNR:        ATC:      UD:04-01-93
  CP:gw      L:lat     INT:?   GPC:?   BIO:?    FIC:?       CON:???
  PC:s      PD:1886/           REP:?   CPI:?    FSI:?       ILC:????   II:?
  MMD:       OR:    POL:     DM:     RR:        COL:        EML:      GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  100 2    Minucius Felix, Marcus.
  245 10   M. Minucii Felicis Octavius‡h[microform].‡cEmendavit et praefatus est
         Aemilius Baehrens.
  260      Lipsiae,‡bin aedibus B. G. Teubneri,‡c1886.
  300      xxxv, 64 p.‡c18 cm.
  LDG      OCLC
  QD       04-01-93
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 6-28-93 INITIALS MG

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN
ENTRY: Minucius Felix, Marcus

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

_____ Page(s) missing/not available: _____

_____ Volumes(s) missing/not available: _____

_____ Illegible and/or damaged page(s): _____

_____ Page(s) or volumes(s) misnumbered: _____

_____ Bound out of sequence: _____

✓ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: Cornell University Library; title page – p. 5

_____ Other: _____

Minucius Felix

—

Octavius

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM
TEUBNERIANA.

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUS.

EMENDAVIT ET PRAEFATUS EST

AEMILIUS BAEHRENS.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXVI.

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUS.

EMENDAVIT ET PRAEFATUS EST

AEMILIUS BAEHRENS.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

EDITORIS PRAEFATIO.

I.

M. Minucius Felix, fori Romani causidicus, quo tempore dialogum, cui Octauii amici nomen inposuit, in publicum emiserit, accuratius quam uulgo statuunt erui posse puto.

Et in uniuersum quidem si libellum examinamus, sermonis color atque proprietas ostendit Felicem stetisse ab eorum parte, qui stilum Ciceronianum sibi imitandum sumpserunt, h. e., distinctius ut loquar, ad Quintiliani maxime et Plinii minoris exemplum Tullii sectatorem fuisse. ab his tamen eo differt, quod in nonnullis rebus labentis atque in nouam speciem (puta eam, quae Antoninorum aeuo tam ex studio priscorum obsoletorumque scriptorum quam ex inruente prouinciarum genere loquendi exorta est) inclinantis latinitatis indicia hic illic iam prae se fert: nemo nimirum suo saeculo ita potest reluctari, ut nihil eius consuetudini concedat. huc referas dictiones, quales sunt ex gr. *in praesentiarum*, huc praepositionis *de* pro instrumentali usum, alia similia*). et ut his rebus Mi-

*) In sermonem Minucianum artemque rhetoricam qui peculiari studio inquirere uelit, eum operae pretium facturum esse puto. ita autem huius inquisitionis pars prior tractetur, ut respectu habito tam admixtionis ex poetico et iuridico loquendi genere factae quam eius artis, qua Minucius Caecilii et Octauii proprietates dicendi aliquatenus seruare studuit, demonstretur quomodo color praecipuus Tullianus paululum sit corruptus fuco illo Africano, ut tamen huius africitatis tum Romam intrare incipientis modestus sit usus neque in hoc tam cor-

nucius Frontonis Apulei Gellii temporibus interdum accedit, ita maxime usu illo in deliciis habito eius figurae rhetoricae, qua tria uocabula asyndetice cumulantur. hanc quippe et Fronto saepius adhibet et Hadrianus imperator; cf. C. I. L. VIII 2532 B b *nos lapidibus grandibus grauibus inaequalibus, quos neque uehere neque attollere neque locare quis possit*; ad quem locum S. Dehner (Hadriani reliquiae I p. 21) exempla multa etiam ex Frontone adscripsit. horum igitur aetate etsi non potest non uixisse Felix noster, tamen ab eisdem sat est diuersus utpote (ut mihi quidem uidetur) non in prouincia quadam, sed Romae natus educatusque: Traiani fere tempore adulescentiam suam in urbe ut in omni bonarum artium studio, ita in optimo quoque latini sermonis auctore cognoscendo et Tulliano eloquio penitus percipiendo peregit, sed exculto sic proprio dicendi genere mox annis uirilibus nonnulla extrinsecus adlata, ut fere fit in fori oratore, sibi adhaerescere passus est. illa autem cum Quintiliano Plinioque iuniore et similibus coniunctio atque societas etiam cernitur in flosculis haud paucis orationis, quos Minucius debuit lectioni eorum poetarum latinorum, quorum inde a Frontonis tempore minor in prosae scriptores auctoritas esse coepit. nam non solum poetam philosophum Lucretium Felix accurate legerat, sed etiam in deliciis habuit cum Horatium Ouidium Lucanum Iuuenalem — nam aliorum*) imitatio nimis incerta est —, tum uero uatem *κατ' ἐξοχὴν* Romanum

---

rupto textu uindicentur scriptori quae sunt uitia librariorum. nam lubidine artis criticae frenis carente nonnulli apud Minucium ferenda esse nuper dixerunt, quae in saeculi tertii hominibus semibarbaris demum possunt tolerari.

*) eximendi etiam ex commentariis nonnulli errores huc pertinentes. ueluti uerba c. 4, 6 *cum amicitia pares semper aut accipiat aut faciat* priores interpretes ad Publilium Syrum referunt. immo in sententias a recentioribus Syro temere adscriptas (cf. Woelfflini editio p. 119) uerba illa ex ipso Minucio influxerunt.

Vergilium. cuius amor mirificus id quod ex aliis indiciis iam est patefactum plane comprobat, Minucium fuisse Romanum peruerseque praeeunte F. Balduino a doctis haud paucis pro Africano uenditatum esse. est autem illud poetici sermonis studium ad rectam quoque et interpretationem et emendationem alicuius momenti*).

Libelli in uniuersum a sermone examinatio quod effecit, id confirmatur ex aliarum rerum inquisitione. nam ex apologetis circa finem secundi p. Chr. saeculi florentibus cum unus Tertullianus cum Apologetico suo uere ueniat in censum (nam ex. gr. de Athenagora omnia incerta), eum usum esse Minucio, non Minucium Tertulliano, tam luculente nuperrime demonstrauit A. Ebertus (in dissertatione 'Tertullians Verhaeltniss zu Min. F.' inscripta, Lipsiae 1868), ut fere communem doctorum adsensum ferret. in uerbis autem dialogi nostri c. 9, 6 *passim omnes locuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio* tempus praesens, etsi non cogit omnino, tamen probabile admodum atque uerisimile reddit, agi de Frontone adhuc inter uiuos uersante; cf. c. 31, 2 *tuus Fronto***); neque facile posteriore tempore (ex. gr. anno 230) nudum illud *Cirtensis nostri* intellegi potuit. uerum quidem est, Caecilium,

---

*) dabo aliquot ex capite primo exempla ad interpretationem spectantia. in § 1 *quae iam transacta et decursa sunt recordatione reuocare* nuperrime exstitit qui uellet *renouare*, sed posse explicari 'recordando in memoriam reuocare', docet Vergilius Aen. VII 40 scribens *primae reuocabo* (scil. in memoriam) *exordia pugnae*. — § 3 *concineret eadem uelle et nolle* (ut et c. 26, 10) defenditur noto poetarum usu, qui pro *ut* consecutiuo interdum infinitiuum ponunt (cf. Kuehnerus gr. l. II p. 503). — § 4 *sic solus in amoribus socius* uulgo intellegunt de puellarum amoribus; potius res cupide appetitas siue delicias designari docet Vergilius ecl. 9, 56.

**) hinc colligitur, Octauium ipsum non fuisse Cirtensem atque Africanum (cf. quae supra statim subiciuntur), neque etiam Minucium, alioquin cum *uester Fronto* dicendum fuerit Octauio.

qui uerba adlata loquitur, Frontonem appellare *Cirtensem nostrum* utpote conterraneum, sed non debuit H. Dessau (Hermae uol. XV p. 471 sqq.) ad inscriptiones nonnullas Cirtenses, in quibus *Marcus Caecilius Quinti f. Natalis* intra annos 211 et 217 Cirtae praefectus quinquennalis atque ethnicorum superstitioni inhaerens commemoratur, ita prouocare ut hunc ipsum Caecilium putaret esse nostri dialogi participem (de Natalis nomine cf. c. 16, 1), qui in fine Caracallae imperii uel postea imbutus esset sacris christianis. nam etsi raris tamen indubitatis testimoniis constat, etiam tum temporis patrem et filium natu maximum eisdem usos esse nominibus. sic in inscriptione quadam (Bullet. Nap. 1847 p. 97; cf. Marquardtus antiq. rom. VII 1 p. 23 not. 3) M. Cosinius Priscus tres habet filios, quorum primo plane idem cum patre nomen est; neque tam perfecta est nostra de nominum per aeuum imperatorium usu ualde fluctuante et in diuersis orbis Romani partibus et ipso diuerso scientia, hinc ut certi aliquid possimus concludere. nihil ergo obstat quominus Quintum Caecilium Natalem, cuius filium Marcum ad memoriam nostram propagarunt inscriptiones, adulescentem Romae fori usum discentem (cf. c. 3, 1 *domi forisque lateri tuo inhaerentem*) cum Octauio Ostiae disputauisse statuamus; nam filium non stetisse a cultu sacrisque patris, si quidem hic factus est christianus, nec ipsum caret exemplis. quid quod Quintum patrem non spernendum codicis unici uestigium quasi digito intento monstrat? ubi enim Caecilius primum nominatur, in c. 1, 5 uerbis *in illo praecipue sermone . . . quo Caecilium* eqs, miramur uiuum etiam tunc Caecilium tam simpliciter introduci, codex autem Parisinus *quod caecilium* exhibens genuinam lectionem *quo Q. Caecilium* ultro suppeditat.

Iacto sic firmo fundamento superstruere possumus accuratiorem de tempore, quo Octauius dialogus scriptus sit, inuestigationem. legimus c. 7, 4 in Parisino

haec *et ut Parthos signa repetamus, dirarum inprecationes Crassus et meruit et inrisit.* in quibus uerbum quidem repetendi poetice constructum excusat poetici exempli [Verg. Aen. VII 606] imitatio, sed illud *repetamus* adeo perhorruit Halmius ut in textum reciperet *repeteremus* mutatione hercle non leni. nam etsi omnium uel foedissimarum corruptelarum quasi quendam thesaurum iure possis uocare huius libelli textum, tamen permutatorum hoc modo temporum non deprehendi exemplum. quid uero, si uerbis *ut Parthos signa repetamus* non solum ad aeuum praeteritum respexit Caecilius, sed neglectam a Crasso religionem etiam in praesentiam ualere significauit? nam quod non in omne tempus contusi sint Parthi, sed postea semper lacessierint Romanos eisque hoc ipso spatio cladem omnium grauissimam acerbissimamque intulerint, potest sane Caecilius deriuare ex Crassi male sana inpietate. quodsi ille Seruiliani legati legionisque Romanae apud Elegiam internecionem et bellum, quo Verus ultor annis 162 et 163 Parthos profligauit, designat, ex huius Parthicae expeditionis mentione equidem conligo intra hos ipsos annos 162 et 163 dialogum nostrum siue Ostiae habitum*) siue a Minucio in publicum emissum esse. nam potuit sane Felix, disputationis olim institutae summam memoria tenens cum cartis mandaturus in singulis latius persequeretur, rem eo ipso quo scripsit tempore factam sermoni olim habito inserere.

Est igitur Minucius Felix ut inter omnes apolo-

*) [fictam esse hanc disputationem Ostiensem, non possum concedere Richardo Kuehn, cuius dissertatio 'der Octavius des Min. Felix' Lipsiae 1882 edita mihi iam haec typothetis traditturo in manus uenit. procedit autem Kuehnius eo usque ut ipsam Octauii personam totam ementitam esse innuat, plane hoc ex nostra sententia inprobabiliter, siquidem tam prohoemii quam reliqui dialogi adeo sunt uiuidi colores, ut hunc Octauium Iamarium non minus quam Q. Caecilium Natalem, cui uel lapides faciunt fidem, ad uerum esse depictum pro explorato habeam.]

getas superstites (nam ex graecis solus Iustinus aetate eum paululum superat) unus ex antiquissimis*), ita inter Romanos princeps. qui cur ab insequentis aetatis scriptoribus christianis tam saepe in usum uocatus excriptusque sit, a Tertulliano Cypriano Lactantio Hieronymo aliis, ex internis huius dialogi uirtutibus sine negotio explicatur. nemo enim neque antea neque postea adeo cum omni liberali eruditione institutus tum accurata philosophorum notitia instructus ex optimis Romanorum scriptoribus omnia, quae ad ipsos inpugnandos usui essent atque adcommodata, collegerat atque disposuerat. notum est, eum ex uariis philosophis et Graecis (maxime Platone) et Romanis praecipueque ex Ciceronis de natura deorum libris — cf. dissertatio E. Behrii 'der Octavius des M. Min. Felix in seinem Verhaeltnisse zu Ciceros Buechern de n. d.' Gerae a. 1870 emissa — et Senecae uariis operibus (Dombartus edit. p. 135 sq.) laborioso studio et apis fere instar Matinae, sed libero minime carentem iudicio, congessisse praecipua sapientium placita, quibus gentilis superstitionis et defensorem Caecilium et inpugnatorem Octauium utentes faceret. et quantum suspicienda est summa doctrina, tantum admiranda est ars illa, qua materiam undique collectam digessit ordinauitque idem. nam compositione plane egregia et Caecilii in christianam religionem inuectiua et Octauii defensio

*) quaestio per se uix dissoluenda, num Athenagoras Minucio sit usus an contra hic illo, iam certo modo dissoluta est. et comparanti mihi hunc cum illo similitudines neque multae neque admodum graues inter utrumque intercedentes, si ex certa recordatione sunt repetendae, ita explicandae sunt uisae ut scriptorem graecum ad romanum aetate praecedentem hic illic respexisse, praesertim ut suppleret ab hoc omissa, aiamus. usum autem esse Minucium aut Theophilo (Dombartus p. 134) aut Celsi contra Christianos libro (Th. Keimius libri 'Celsus wahres Wort' p. 157), merae sunt coniecturae per se nulla probabilitatis specie commendatae. — [cf. nunc de Athenagora et Kuehnius l. l. p. 12 not.]

in omnibus et maioribus et minoribus partibus artissime inter se respondent, ut tamen in utraque oratione disputationis tenor seruatus sit neque interrumpatur iustus sententiarum progressus; cf. 'analysis logica' in Lindneri editione. huc adde perfectam disserendi artem et acumen summum, adice figurarum rhetoricarum uarium pulcrumque usum, denique intende in sermonis ex Ciceronis et poetarum imitatione bene mixti ac compositi delicias miras: intelleges cur hic dialogus tam ualde placuerit patribus ecclesiasticis, quibus alioquin laudandi eum causa non esset.

Nam si cura intentiore Octauium perlegimus, illud nobis permirum accidit quod in hac christianismi defensione frustra quaerimus christianismum. numquam Minucius aut Christi nomen adhibet aut ex libris sacris*) locos adfert. porro de eis quae propria sunt cultus christiani ne uerbum quidem extat: de λόγῳ et spiritu sancto et trinitate doctrina, diuina fidei inspiratio, baptismus quaeque alia apud ceteros apologetas disseruntur, alto silentio premuntur apud Felicem, cui ueritatis lux est monotheismus et erroris nox polytheismus, cui hunc unum deum credere et colere est mentis intellegentis opus, cui inspiratio non alia quam quae apud ethnicos quoque occurrit est nota, cui omnis disciplina christiana in uita iusta et pia et casta consistit. quodsi abesset Christianorum mentio, tractatum mere philosophicum te legere putares. uariis autem modis hanc rem miram explicare studuerunt; nam hoc sane in propatulo est, non posse

*) omnes enim loci qui recordationem eorum referre uidentur, ex similibus ethnicorum scriptorum inlustrari possunt, nisi quod sola c. 36, 5 uerba *aues sine patrimonio uiuunt et in diem pascuntur* undenam Minucius sumpserit mihi quidem ignotum est. sed si omnia Senecae scripta possideremus, ad hunc procul dubio possent referri: adeo illud *sine patrimonio* romanum sapit auctorem. fortasse ex graeco quodam scriptore Stoico sententia illa et in Senecam et in Matthaeum Lucamque fluxerit.

illam de Christo et christologia expositionem aut intercidisse (ubi ei locus fuerit in tam aperta materiae dispositione indicari nequit) aut pertinuisse ad ea, de quibus crastino die secundum c. 39 Caecilius est instituendus (par est enim id fundamento antea iacto fieri). igitur alii dicunt (cf. Dombartus uersionis germanicae p. VIII sqq.), Minucium certo consilio de Christi persona ceterisque rebus interioribus tacuisse, harum quaestionum tractatio cum apud gentiles ignaros noceret magis quam prodesset. ita qui sentiunt obliuiscuntur, quantum intercedat discrimen inter quaestiones ut ita dicam theologicas ab ethnicis sane alienas et simplicem eorum quae uera habentur confessionem. uelim enim scire, quis umquam apologeta ita tacuerit ut Christum saluatorem uerbis apertis praedicare caerimoniasque cum religione Christiana cohaerentes summatim commemorare uereretur. nam quod Lactantius [V 4] Minucii librum fortasse respiciens dicit de Cypriani Demetriano *huic oportebat, quia nondum poterat capere diuina, prius humana testimonia offerri, id est philosophorum et histŏricorum, ut suis potissimum refutaretur auctoribus*, id uero omnes apologetae priores ita secuti sunt ut nimirum a reconditioris cuiusque materiae disputatione abstinerent; sed frustra inter hos quaeres qui ea quae libere prae se ferre et ingenue profiteri deberet silendo dissimulauerit. alii autem (cf. Th. Keimius libri 'Rom und das Christenthum' p. 472) Minucium, cum Octauium scriberet, sacris christianis recens fuisse inbutum sumpserunt, ut scilicet illum ignorantia eorum quae christianismi propria sunt laborantem pro suo captu nouam doctrinam defendisse statuerent. his opponendum est, paucis saltem annis antequam Octauius Romam ueniret (c. 2) Minucium iam ex errorum tenebris in lucem sapientiae et ueritatis emersisse, porro paucis saltem annis post disputationem Ostiensem, Octauio nempe mortuo, hunc dialogum esse scriptum. et cum maiore quod

ita efficitur temporis spatio egregie conuenit profundis illis studiis, quae Felix noster conlocauit in cognoscenda Iudaeorum historia quorumque testimonium sat luculentum c. 33, 2—5 extat. nullo autem pacto adducor ut credam, eundem uirum rerum Iudaicarum ex fontibus discendarum tam curiosum tam indiligentem fuisse in suae sectae historia placitisque percipiendis. unde aliam explicationem quaerendam esse apparet.

Fons rectam sententiam reperiendi mihi uidetur unicus ille locus, ubi paucissimis uerbis de Christo agitur. legimus c. 29, 2 *nam quod religioni nostrae hominem noxium et crucem eius adscribitis, longe de uicinia ueritatis erratis, qui putatis deum credi aut meruisse noxium aut potuisse terrenum. ne ille miserabilis, cuius in homine mortali spes omnis innititur; totum enim eius auxilium cum extincto homine finitur.* hic quoque illam reuerentiam attingendi ea quae supra ethnicorum captum posita essent uidere sibi uidebantur: etsi non aperte significasse, tamen intellexisse Minucium Christum neque noxium, utpote peccatis, neque hominem terrenum, utpote terreno pondere siue corpore carentem, innuisse ergo eum diuinum. quae interpretatio nisi tormentis quibusdam ex uerbis illis non eruenda plane refutatur tota Minucii argumentatione. qui enim de uno deo ita ut factum est disputauerat, loco adlato nihil aliud potuit significare quam Christum non fuisse originis diuinae: nemo lectorum post ea quae praecedunt alio modo uerba intellegere, nemo facile scriptorem aliter sentire quam loqui suspicari potuit potestue. et hic iterum moneo, non cadere talem quidem dissimulationem in apologetas christianos, quorum nemo non oblatam respondendi de hac re Caecilio occasionem ita arrepturus fuisset ut Christum dei filium lubenter et manifesta prosequeretur laude atque ueneratione. quam Minucii reticentiam bono fidoque Christiano indignissimam aeque perhorrescimus quam excusamus, quod idem crimina de asini

capite adorato, de cultis sacerdotis genitalibus, de infantis sanguine hausto non diluit retecta harum fabularum origine; hoc enim sine rituum christianorum notitia, quae ethnicis deerat, fieri non licuit. quae cum ita se habeant, praestat ingenue fateri, Minucium non agnouisse Christi originem diuinam. quo posito ut totus hic dialogus melius intellegitur, ita singula quaedam adhuc obscura suam accipiunt lucem. ueluti si c. 20, 4 post inrisas ethnicorum de Centauris Scyllaque et Chimaera fabulas extant *quae si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt*, haec uerba in aperto est quam facile potuerint a gentilibus regeri in christianos. nec tamen ea elapsa putes Minucio inprudenti: aliud est disputandi feruore abreptum incauta loqui, aliud scribentem meditari ea quae a reprehensione iusta sint tuta. tuto autem posuit uerba illa is qui in libro suo redarguendi materiam non praebuit quique, cum Christum hominem putaret, miracula Christo a uulgo attributa ipse aut non adprobauit aut non cognita habuit utpote postea sine inuenta siue in occidente peruulgata.

Sic igitur statuo, Minucium non propterea quod philosophiae ethnicae innutritus in religionis christianae arcana penetrare nequierit a ceteris tum apologetis dissentire, sed potius ea usum mentis acie eaque iudicii sobrietate, qua optimum quemque iurisperitorum Romanorum excelluisse uidemus, aliquatenus praecessisse Straussios nostros Renanosque: reliquit Felix sectae conditoris tamquam dei adorationem hominibus inperitis rudibusque et inprouide credulis (c. 20, 5—6); eoque maiore iure hanc uulgi idololatriam a se procul arcuit, quo accuratiorem instituerat indagationem de persona Christi, quem fortasse coluit ut uirum omni amore dignum (cf. c. 29, 5 *cum et praeclaro uiro honor uerius et optimo amor dulcius praebeatur*). sic Minucius eatenus est Christianus ut spretis uanis figmentis ritibusque inde profectis adsumpserit uera atque sana

disciplinae illius placita. quae cum uideret in ultima origine ex philosophia graeca tamquam ex fonte praecipuo ita profluxisse ut, quae sapientium ueterum scholae (Platonica maxime et Stoica) disserendi arte sibimet inuenerant, ea iam nouo modo conflata saluberrimo instituto ad communem uitae usum*) translata essent atque adcommodata, non ille dubitauit in hoc dialogo summam inter philosophos et christianos tam in uno deo statuendo quam in parte morali congruentiam atque concordiam in usum uocare ad christianam religionem gentilibus commendandam, simul tamen (equidem ut sentio) christianismi interpretationem meliorem purioremque etiam fidei suae consortibus proponens. apud quos cur parum aut nihil (quantum quidem suspicari licet) ualuerit, facile ex historia cultus christiani perspicitur. apud posteros autem uni eruditioni bonae frugis ad inpugnandos ethnicos plenissimae acceptum rettulisse uidetur, quod non pro haeretico est damnatus. certe Tertullianus, quid illi debeat conscius, tantummodo tecte eum notat, ut ego puto, his uerbis [de praescr. haer. c. 7]: *quid ergo Athenis et Hierosolymis, quid academiae et ecclesiae. quid haereticis et christianis? nostra institutio de porticu Salomonis est, qui et ipse tradiderat, dominum in simplicitate cordis esse quaerendum. uiderint qui stoicum et platonicum et dialecticum christianismum protulerunt: nobis curiositate opus non est post Iesum Christum nec inquisitione post euangelium: cum credimus, nihil desideramus ultra credere* eqs. Cyprianus autem, ut obliuioni daret haeretici librum, in opusculo 'quod idola dii non sunt' inscripto hunc dialogum tacite in breue compendium ita redegit ut longam et orthodoxam de Christo expositionem inde a capite sexto de suo adtexeret. honestius multo egit Lactantius, qui

*) hinc paucae in philosophos ueteres inuectiuae (ex. gr. c. 38, 5) explicandae.

quantum uel sic profuerit Felix bene memor ita de eo iudicauit [V 1] *huius liber ... declarat, quam idoneus ueritatis adsertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset.* quam laudem siue excusationem a Minucio quippe studii illius bene compote defendendam putauerim.

II.

Octauius dialogus, casu seruatus, ad medium aeuum peruenit in uolumine quodam admodum corrupto, quippe quod non solum a librario perquam neglegenter exaratum (testes ex. gr. uerborum traiectiones multo quam uulgo credunt crebriores), sed etiam possessoris sui uarias inmutationes et additamenta esset passum. neque cessauit ista deprauatio ipsis medii aeui temporibus, quibus hoc opusculum Arnobio tamquam liber octauus adhaesit; a qua societate illud liberauit ueroque auctori reddidit Franciscus Balduinus. codex autem Parisinus 1661 saec. IX (P), de quo uidendus est diligentissima enarratio Reifferscheidii (praef. Arnobii p. VIII sqq.) unicus textus constituendi fons est; nam et liber quidam Bruxellensis et Arnobii editio princeps Romana a. 1543*) inde fluxerunt. cuius codicis a prima manu numquam in locis corruptis est recedendum: quo usque manus secunda correctrix processerit interpolando, non extat inlustrius exemplum quam c. 28, 7. accuratissimam autem illius conlationem cum instituisset A. Laubmannus, C. Halmius illa usus primum ita recensuit Minucium (Vindobonae 1867), ut certum quo emendatio inniti posset fundamentum exhiberetur; idemque et priorum editorum criticorumque commenta plurima collegit et ipse nonnulla uitia bene correxit. iam inmanis mendorum

*) notaui *ed. pr.*, ut tamen non omnes lectiones falsas nulliusque pretii inde enotarem. ubi lectionibus Parisini nihil est adiectum, a Romana scripturas in textum receptas exhiberi scias.

quae relicta erant moles ultro prouocauit uirorum doctorum curas, H. Sauppii (Goett. Gel. Anz. 1867 p. 1992 sqq.), H. Useneri et B. Dombarti et I. Maehly (Fleckeis. ann. 1869 p. 393 sqq.), E. Klussmanni (mus. Rhen. a. 1868 p. 543 et Philol XXXV p. 206 sqq.), H. A. Kochii (mus. Rhen. a. 1873 p 615 sqq.), aliorum. porro bis post Halmium editus est Minucius: a B. Dombarto una cum uersione germanica (Erlangae 1881), et ab I. I. Cornelisseno (Lugduni Bat. 1882).

Ego ipse, qui iam in lectionibus meis latinis (Bonnae a 1870 p. 22 sqq.) specimen studiorum in Minucio positorum edidi, postero tempore, ubi animum a grauioribus operibus defatigatum aliquantisper reficere atque recreare lubuit, saepius ad Minucium recurri, unde paulatim larga subnata est emendationum seges. quarum potissimas more in hoc scriptore iam sollemni eis quae secuntur pagellis defendam accuratius, ceterarum in apparatu breuiter redditurus rationem. ubique autem mihi textum constituenti ante oculos est uersatum aureum I. Fr. Gronouii, summi sermonis latini existimatoris, dictum [obss. in eccles. p. 589 Frotsch.]: *omnia certe eius, in quibus quomodo legendum sit, non ambigitur, has habent uirtutes. argumentum ingens, illa quoque, quae labem contraxerunt, ita esse curanda, ut non in Minucio Minucium quaeras, Tertullianum aut quemuis durissimum Afrorum inuenias.* hoc unum addo, me in notis textui subiectis tantummodo electas uirorum doctorum coniecturas adnotauisse; omnes qui uolet noscere, ex editione Halmiana aut ex dissertationibus indicatis petat.

c. 1, 4 *non respuit comitem.* ad haec cum mente suppleamus 'me' (falsissime autem uertit Dombartus 'versagte er mir nicht das Geleite' uerba germanica, ut saepe, exhibens a latinis plane diuersa, etsi sensui congruentia), peruersa existit sententia, siquidem is qui *prior* consilium aliquod cepit, eius comitem aliquem non respuit. prior autem teste illo 'emergerem'

consilium cepit Minucius, non Octauius; hic potius sodali ueram religionem amplexuro accedens, cum propter causas incognitas morae existerent Felici, praecessit. unde legendum puto 'renuit' siue 'rennuit', scil. 'se' (cf. Horatii od. I 35, 22 *nec comitem abnegat*).

c. 2, 3 *id temporis post aestiuam diem in temperiem sese autumnitas dirigebat.* sensu carere 'aestiuam diem' iure suo contendit Kochius (l. l. p. 615), non bene reponens 'aestiuum ardorem'. quamquam enim sic restitutum est, quod illi 'temperiem' sit contrarium, remanet tamen aestatis mentio plane absona. tempore enim uindemiarum (hoc est medio fere mense Octobri) autumnus mitior fieri coepit non post aestatis, sed post sui ipsius calores. quippe aestiui solis flagrantia perdurat ineunte autumno, unde huius aestus a Vergilio Georg. III 479 aliisque commemorantur. unde 'aestuū rabiem' reposui.

c. 2, 4 *cum diluculo ad mare inambulando litore pergeremus.* ex hospitis domicilio uel ex deuorsorio (in Ostiae parte extrema siue Romae proxima posito) amici ad mare proficiscuntur secuti Tiberim, cuius in ripa sinistra per tria fere milia passuum extendebatur Ostiae pars. iuxta Tiberim autem nullo modo illi inambulant (quod postea in maris litore faciunt: c. 3, 4), sed ad aequor properantes ambulant. desideramus autem disertam Tiberis mentionem, ut illud 'litore' quo pertineat iam non sit obscurum. nam Cellarii coniectura nonnullis probata 'litori' reiectanea est, cum necesse sit praeterea '(in)ambulatum' uel '(in)ambulaturi'. quod dedi 'in amnis ambulando litore' et a uitii origine et a sententia (dum in Tiberis ripa procedimus) apertum est. — mox tenui quod olim (lectt. lat. p. 23) proposui 'uegetaret cum eximia uoluptate et': pueris fortasse harena uestigiis cedens eximiam adfert uoluptatem, nullo pacto uiris seriis, qui recreationis indigentes cum mare peterent iam summa cum uoluptate uentum matutinum ab aequore

flantem per membra sentiunt. tum restat mendum in illis *molli uestigio cedens harena.* pedem enim mollem siue comparato uersu Catulliano (68ᵇ, 30) leniter uitatoque omni strepitu incedentem siue tenerum liberorum feminarumue aut delicatorum interpretamur, in nostris uiatoribus non locum habere in propatulo est. quapropter amplexi sunt nonnulli Ursinianum 'mollis', cum tamen latinitas postulet 'mollis et uestigio cedens harena' siue 'uestigio cedens mollis harena'. e re sumpta est mutatio haece: 'molle uestigio c. h.' siue, si aduerbium poetis usitatum refugias, 'molliter'.

c. 3, 3 *et ut semper mare etiam positis flatibus inquietum est, etsi non canis spumosisque fluctibus exibat ad terram, tamen crispis tortosisque ibidem erroribus delectati perquam sumus.* cum lenis unda iam sit commemorata, non intellegimus, cur hic iterum dicatur, mare non canum spumosumque siue commotum tum exisse ad terram. uelim etiam animaduertas non solum ad temporum mutationem ('tundebat' — 'inquietum est' — 'exibat' — 'delectati sumus'), qua id quod est secundum colon ut generalis effertur sententia, sed etiam ad subineptum 'etsi — tamen', quo, etsi maius illud spectaculum non adesset, tamen ex minore illo gaudium se cepisse innuit Minucius. ergone hic et amici plus delectati fuissent, si aequor procellosum tempestuosumque in litus irruisset? cohaerent inter se 'ut semper — inquietum, etsi non c. s. f. exit ad terras'. sed in his ubi semel ex dittographia uoculae 'ad' ortum est 'exibat', sublata sententia generali cum 'etsi' iam non ad praecedentia sed ad sequentia spectare uideretur, necessario 'tamen' interpolando est adiectum. quo remoto congruunt omnia: uerbis 'ut semper . . . ad terram' explicatur, cur fluctus crispi tortosique fuerint, rectoque narrationis progressu haec per 'et' adiunguntur prioribus. sed ecce erroribus tortosis implicata sunt et ea quae porro leguntur *cum in ipso aequoris limine pedes tingueremus.* nam ambu-

lantium in margine maris pedes in hac ipsa margine tinctos esse quid dici attinuit? apte commemoratur, tranquille progredientes ipsis illis aequoris huc illuc placide ruentis anfractibus saepe circumuentos esse. unde lego 'in ipso aequoris flumine' siue potius 'limite' (hoc est uia, itinere). denique in illis *quod . . . adpulsum nostris pedibus adluderet fluctus* a certis exemplis Catulli 64, 67 et Statii Theb. IX 336 ita est proficiscendum, ut 'mare pedibus (siue 'pedes' siue 'ad pedes') adludit', non transitiue 'adludit fluctum' latine dici aiamus. nimirum 'adpulsum' pro 'adpulsus' scripsit librarius 'quod' pro pronomine relatiuo, non pro coniunctione accipiens. fluctus autem aut 'resorbetur' aut 'se resorbet', unde 'in sese' diuidendum esse apparet, ut euadat 'retrahens in se' et 'se resorberet'.

c. 3, 6 *ut illud iaculum uel dorsum maris raderet uel enataret, dum leni impetu labitur, uel summis fluctibus tonsis emicaret emergeret, dum assiduo saltu subleuatur.* tondendi uerbum radendi significatione uti, ex nostro loco solo sumunt inprobabiliter, siquidem testa radit dorsum maris plani, sed cum fluctibus concurrens ita conliditur ut exiliat. uerum igitur est 'tunsis'. illa autem quaestio, sitne tam 'uel enataret' auctore Bursiano quam 'emergeret' cum Wowero obelo notandum, non ita difficilis est ad soluendum. nam etsi uerum est, asyndeto bimembri non uti Minucium, sententia tamen hic uitium potius quam glossemata subesse clarissime aperit. emicat enim testa cum fluctibus conflictata tantummodo semel, ut recte quidem non potuerit pergi nisi ita 'et porro adsiduo saltu subleuaretur'. cum igitur desideretur medium quoddam uinculum, in uoce 'emergeret' litteram M ex TP conflatam esse censeo. unde propter id quod Minucius sequitur aequabilitatis studium neque prius 'uel enataret' abici debet, quod Dombartum secutus, qui 'et uelut nataret' uoluerat, sanare studui.

c. 4, 3 *qua in te inuectus obiurgauit neglegentiae.*

contendunt docti, 'obiurgare' hic ad similitudinem uerbi 'arguere' similiumque cum genetiuo coniungi. nec per se credo nec propterea, quod Minucium maiore scribendi peritia usum esse puto quam ut praemisso 'in te' postea 'te' supplendum relinqueret lectoribus, cum posset concinne poni 'qua te inuectus obiurgauit'. ortum igitur mihi uidetur 'neglegentiae' ex eo quod sequitur 'argueret inscientiae': adsimilatione depulsus est accusatiuus. recte iam 'in te' tam ad 'inuectus' quam ad 'obiurgauit neglegentiam' spectat: 'aliquid in aliquo obiurgare' latinum est.

c. 4, 4 *de toto integro mihi cum Octauio res est.* recte adnotant, illud 'de toto' (quae certe non fuit locutio aduerbialis) comparato loco c. 40, 2 ualere 'super tota re', scil. de christianorum paganorumque religione. sed ad hoc 'de toto' quomodo siue per 'et' (quod intulit Parisini m. 2 interpolatrix) siue asyndetice accedere possit 'integro', mente non adsequor. nam neque 'integrum' substantiue ponitur et dictionis 'de integro' nullus hic usus est. sin merum est adiectiuum, hoc ad alterum adiectiuum substantiue positum non nude potest adiungi. legimus ergo 'de toto ut integro', hoc est: de tota re utpote nondum diiudicata quaeque adhuc in certamine sit.

ibid. *intelleget facilius esse in contubernalibus disputare quam conserere sapientiam.* saepe miratus sum eorum temeritatem, qui attemptant egregiam locutionem 'conserere sapientiam'. nam quemadmodum Liuius (XXI 1, 2) secundum notarum dictionum similitudinem scripsit *haud ignotas belli artes inter se conserebant* (id est, utrimque in pugnam proferebant), sic nostro loco 'conserere sapientiam' fere ualet 'philosophiam, quae litem diiudicet, utrimque producere in aciem'. quod ut apertum est, ita sane ipsa oppositio obscura, siquidem 'conserere sapientiam' nihil aliud a sententia est quam 'disputare'. quodsi uerae disputationi philosophicae hic leue et abiectum disputandi

genus opponi putas, uerba 'in contubernalibus disputare' carere eo ipso uocabulo, quo hoc leue et abiectum genus accurate designetur, mihi concedas oportet, cum praesertim primum colon 'si placet ut disputem' eandem disputationem philosophicam innuat. statuimus igitur, alterum 'disputare' ex priore 'disputem' natum esse; pro quo recordatus eorum quae in capitis tertii initio leguntur 'desiderare' rescripsi; est autem 'sapientiam', sponte ut apparet, commune obiectum utriusque uerbi.

c. 5, 4 *expertes artium etiam sordidarum.* alii aliter cum his uellent lucem adferre, mihi ab ipsa sententia Caecilio indigna ad uerum inueniendum proficiscendum uidetur. nam ut erat communis tum opinio, christianos neque philosophicis studiis neque omnino institutione litteraria esse inbutos, ita eosdem tantum artes sordidas profiteri nemo nisi aperte mentitus contendere potuit, omnium minime praesentibus Octauio et Minucio Caecilius. 'ex parte' erui ex 'expertes'.

c. 5, 8 *elementorum ut uoluntaria concretio est.* paruula uox 'ut' dici nequit quanta excitarit molimina doctorum aut delentium aut in 'uelut' siue in 'utique' mutantium. quid quod qui 'inuoluntaria' et 'fortuita' et 'fortuita aut uoluntaria' excogitarent extiterunt? ego uero post ea quae § 7 exposita sunt abundare uoluntariae concretionis mentionem puto idemque desidero id quod proprium est Caecilii. qui philosophorum de rebus humanis iudicia uerisimilia magis quam uera existumans studiose ita loquitur ut quid de physicorum placitis statuat simul indicet; cf. § 7 *sint principio — sint fortuitis concursionibus*: concedentis et his opinionibus in rem suam utentis sunt uerba. unde eum uerba in lemmate adscripta pro re certa atque explorata posuisse, improbabile duco; immo sibi constans sic, ni fallor, dixit 'elementorum, ut uolunt, uaria concretio est'. nimirum 'ut uolunt' physici (cf. c. 34, 6), 'uaria' ob animalium uarietatem.

ibid. *nullo artifice nec iudice nec auctore.* libere confessi sunt complures docti, se non habere quo explicarent 'iudice'. neque ego habeo. nam Lindnerus, qui conlato Ouidii loco (met. I 19) iudicem putat esse deum qui litem elementorum dirimat, neglexit hic non agi de ordine, in quem indigesta sunt redigenda, sed de dissoluendis quae ordinata sunt, qua in re iudice non sit opus. quamquam nec hoc perspicio, quidnam in uerbi traditis sibi uelit artifex. hic enim in faciendo, non in dissoluendo cernitur. scripsi 'nullo artifice renuente (siue 'reluctante') nec auctore'. non sine acerbitate monet Caecilius, naturae necessitate omnia perire neque adesse deum illum auctorem atque machinatorem (§ 7), qui sic in opus suum saeuiri uetet.

c. 5, 9 *isdem labentibus ... grandines increpare uel nimbis conlidentibus tonitrua mugire.* sensu carere 'nimbis' concedendum est Kochio [l. l. p. 615], qui 'uel' siue causa suspectauit. quamquam maior etiam difficultas inest illi 'conlidentibus', quod male pro 'conlisis' accipiunt (neque enim hic quidem probamus quae Usenerus disputauit in Fleckeis. annal. a. 1878 p. 56). protulit autem Kochius quod ab omni artis probabilitate longe recedit. lege 'uel nimbos conlidentibus', hoc est secundum dicendi genus poetis usitatum: uel nubibus conlidendo nimbos efficientibus. — recepi autem necessariam Heumanni correcturam 'promicare', cum inter fulgura rutilantia et fulmina prosilientia distinguendum sit. quod deinde subicitur 'adeo', ad fulmina spectare aliquo modo indicandum est. et est is usus Minucianus ut 'adeo', ubi non per asyndeton explicatiuum adiungitur, sed id quod proxime praecedit cum ui quadam continuat, uoculam aliquam habeat comitem, ut c. 6, 2 et c. 7, 6 *inde adeo* (= ex hac ipsa re). inter 'promicare' et 'adeo' intercidisse apparet 'ea'.

c. 5, 13 *adeo aut incerta nobis ueritas occultatur.* licet ueritas propterea quod nobis occultatur proleptice

possit uocari 'incerta', ipsa tamen oppositio hoc refutat. secundum quam ita loqui debet Caecilius: aut adest quidem certa ueritas, quam nobis tamen perspicere non licet, aut omnia in rebus humanis sunt incerta dubia suspensa. non intellexit necessarium hoc acumen lector antiquus, qui hic quoque uocabuli 'nobis' conlocatione deceptus 'incerta' pro eo quod est Minucii 'certa' reposuit. idem autem cum mox c. 6, 1 legeret 'aut fortuna incerta aut incerta natura' (sic enim secundum constantem Minucii usum restituimus) neque intellegeret mentem scriptoris, librarium fortasse opinans se corrigere rescripsit id quod modo expulerat 'certa'. pro qua lectione 'fortuna certa' cum Dombartus coniceret 'fortuna caeca', oblitus est male sic dici fortunam legibus solutam.

c. 6, 1 *deos, quos a parentibus ante inbutus es timere quam nosse familiarius, adorare.* quid hoc est noui: parentes siue maiores te docuerunt primum timere, deinde nosse familiarius deos? cuius dictionis 'nosse familiarius' in malam partem significationem facile disces ex c. 5, 5; et ad illud 'ante quam' cf. c. 27, 8. nihil autem parentes docuerunt quam deorum metum; minores iam adulti alioque tempore prognati sua sponte nosse deos quos timent cupiunt. quod fieri ita uetat, puto, Caecilius: 'melius . . . deos . . . adorare quam nosse familiarius', hoc est, persistere in deorum metu a parentibus ingesto quam in eos inquirere. quod quam uere a me disputatum et correctum sit, ostendit Octauii ad haec responsio c. 24, 2.

ibid. *Gallos Mercurium, uniuersam Romanos.* apertum quod Minucii uerba contraxerunt damnum resarcire student inserendo 'numina' ante 'uniuersa' similibusque remediis, cum tamen ipsum 'uniuersam' suspectum fiat consideratis ceteris huius capitis uerbis. male enim ad sententiam iam praecedentem, Romanos colere uniuersorum populorum deos, spectat id quod subicitur 'sic', melius cum 'sic' et 'dum' inter se

cohaereant. porro nego hic iam afferri debere id quod recte in § 3 tamquam ex § 2 effectum concluditur: 'sic dum uniuersarum gentium sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt', ubi 'sic dum' ad priora illa 'sic . . dum' cum comprehensione spectat. ex litterulis traditis elicui 'intuere iam Romanos'. sic enim ad noua solet transire Caecilius: c. 7, 2 *specta de memoria libros* et ibid. § 7 *intende templis ac delubris deorum.*

c. 7, 1 *nec tamen temere (ausim enim interim et ipse concedere et sic melius errare) maiores nostri* eqs. his uerbis a nemine adhuc aut sine artificio explicatis aut recte emendatis lucem mihi uideor affundere transpositis inter se 'concedere' et 'errare' uocabulis. 'errorem' nempe Caecilius uocat (cf. c. 5, 6) quod cur maiores tam religiosi extiterint inquirit; sed hanc inuestigationem propterea a se institui affirmat, quo melius recte illos egisse concedere possit.

c. 8, 4 *collectis . . . mulieribus credulis sexus sui facilitate labentibus plebem . . . instituunt.* pertinet 'sexus sui facilitate' pariter ad 'credulis' et 'labentibus': ipso suo sexu mulieres facile credunt et ita labuntur. sed quo iure duo illa uocabula asyndetice copulantur? porro qui de ultima faece siue plebe collecti sunt plebem sane conformant, sed et ridicule hoc commemoratur et dictio 'plebem instituere' (unde Usenerus 'constituunt') praua est. ne multa: 'labentibus plebem' natum est ex 'labentibusq. legem'; nam quae fuerit lex illa, sequens enarrat colon.

c. 8, 5 *ita illis pauorem fallax spes solacia rediuiua blanditur.* sedem uitii agnosco in uerbis 'solacia rediuiua', quippe quae neque a grammatica ratione stent neque per se deflecti possint in hanc sententiam 'solacium quod post mortem sint rediuiui futuri'. quod reposui 'solata uita rediuiua' facile intellegitur sic esse accipiendum: 'ita fallax spes postquam metum mitigauit illis blanditur per nouam uitam, quam uicturi sint'. sed qui scis 'solari rem' esse 'leuare, mitigare'

et concedis spectare 'illis' tam ad 'solata' quam ad 'blanditur' (nec 'alicui aliqua re blandiri' abhorret a latinitate), idem num recte 'uita rediuiua' dicatur dubitabis expectabisque potius 'recidiua'. de his igitur uocabulis paulo copiosius agam oportet, cum praesertim diligens L. Langii de illis disputatio (Curtius et Brugman, Stud. X p. 227 sqq.) non omni a parte sufficiat. et 'recidiuus' quidem uocabulum quid ualeat, optime primus (nisi fallor) A. G. Zumptius a Langio neglectus (Rutilii Namatiani p. 120 sq.) exposuit: petitam esse imaginem a frumento, quod cum demetiatur, fieri ut nonnulla semina rursus in terram cadant ac renascentia plantam instaurent; unde translatam uocabuli significationem (ueluti 'Pergama recidiua', 'febris recidiua', 'mala recidiua' similiaque) facile explicari. quodsi apud Tertullianum (ad Marc. 4, 25) legimus: *sed quia et mortui iam suscitabantur a Christo, exsuscitatus ad spem aeternae uitae per exempla recidiuae* eqs, ipsa inter aeternam et recidiuam uitam oppositione patefieri puto quid sit recidiua illa uita. nempe qui corpore iamiam frigido in feretro iacent pro cadaueribus, in ipso tamen corpore quasi quaedam semina renascentis uitae relinquunt, ut recte a Christo per miraculum suscitati dicantur reuocari ad uitam recidiuam; at qui humato iam dilapsoque corpore ex sepulcris excitantur, non possunt nisi ad uitam rediuiuam resurgere. nam suo iure Langius hoc uocabulum 'rediuiuus' siue 'reduuiuus' deriuauit a reduendi uerbo, unde etiam 'reduuiae', de quibus cf. Placidus Deuerlingii p. 78. discrimen igitur inter duo illa uocabula intercedere puto hoce quod 'recidiuum' est omne ex antiqui status reliquiis renascens, 'rediuiuum' autem id quod pristino habitu deleto renouatur. cumque haec facies noua utpote iuuenescens saepe ueteri praestet, est ubi 'rediuiuum' interpretari liceat 'nouum atque melius'. ceterum euanuit fere discrimen illud apud nonnullos poetas et scriptores, praesertim posterioris

temporis, qui 'rediuiuum' cum uiuendi uerbo cohaerere rati (cuius etymologiae popularis antiquissimum exemplum inueni apud Senecam rhetorem p. 250K.) 'rediuiuum' nil aliud uolunt esse quam 'nouum' siue 'iuuenescens'; unde perspicis cur ex. gr. apud Serenum Sammonicum u. 49 *et iuuenem praestant rediuiuo flore capillum* et u. 667 *rediuiua occludier ala* reliquerim (u. 914 Heinsii coniecturam 'febris recidiua' ego quoque certam puto).

c. 9, 2 *ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum.* non esse insolentem inter alienos uiros feminasque coitum, adeo est de triuio sumpta sententia, ut scriptori non inepto nequeat inputari. et quo illud 'etiam'? correxi 'etiam sic insolens'. sane iam hoc insuetum erat quod eiusdem sectae uiri et feminae passim miscebantur, sed eidem fratres sororesque se appellantes incesti culpam in se conferre acute dicuntur.

c. 12, 1 *quam uos inritae pollicitationis cassa uota decipiant.* inrita pollicitatio mire designat ea quae ipsi sibi christiani promittunt (cf. c. 11, 5). est autem hoc plane synonymum cum 'uotis cassis', unde nuperrime C. Sittl libri 'die localen Verschiedenheiten der lateinischen Sprache' inscripti p. 92 sqq. miram atque inauditam doctrinam protulit; nam inmixtis alienis statuit semiticum quendam usum, secundum quem substantiua cum genetiuo quodam synonymo copulantur. quem usum ut hic subesse sumeret, uel addita 'inritae' et 'cassa' eum arcere debuerunt, debuit arcere accurata exemplorum Minucianorum examinatio. nimirum certo est certius, Felicem scripsisse 'sollicitationis', hoc est: inania quae ex inani sollicitatione profluunt uota (cf. c. 12, 5 *uos uero suspensi interim atque solliciti honestis* eqs). et sic saepe loquitur Minucius, loquuntur alii haud raro. nam genetiuus cum substantiuo coniunctus non solum eam rem, quae id quod per substantiuum regens designatur in se habet et possidet,

sed etiam id quod ex illo nascitur et originem ducit denotat: genetiuum causae potes appellare. ueluti Cicero or. § 185 *necessitatis inuenta* scribens dicit inuenta quae ex necessitate tamquam causa efficienti gignuntur; nec aliter Caesar b. c. I 74 *aditum commendationis haberet ad Caesarem*, hoc est, aditum per commendationem effectam. et sic Minucius c. 2, 3 *auiditas desiderii* (quae ex desiderio), ibid. *assiduitatis usus* (qui ex assidua praesentia), c. 14, 7 *fides confessae probitatis* (quae ex confessa probitate), c. 26, 8 *error prauitatis* (qui ex prauitate), c. 30, 1 *fata uulnerum* (quae ex uulneribus profluunt). et hinc corrigendus est locus c. 28, 6 *daemones ad execrationis horrorem imperitorum aures aduersus nos referserant*, ubi propterea quod horror procreat execrationem est remouendum solitum uitium ita 'ad execrationem horroris' (quae ex horrore profluit). et sic ceteri loci a Sittlio congesti fere omnes explicandi (ueluti 'auaritiae cupido', 'dolus fraudis').

c. 14, 1 *homo Plautinae prosapiae, ut pistorum praecipuus, ita postremus philosophorum.* uulgo cum Plautinam prosapiam acciperent turbam hominum et paupertate et ignobilitate despectorum, aut hos ipsos infimae farinae homines indicari putabant recordati Plauti in pistrina operam aut Stieberum secuti 'pistorum' in 'christianorum' mutauerunt. sed Halmium hoc commentum palaeographice defendentem fefellit ratio, ut iam monuit Hauptius opusc. III p. 397. neque ego istud uocabulum aliter umquam in codicibus exaratum inueni quam ita 'xp̄ianorum', unde de coniecturae illius probabilitate multum detrahitur. sed totum opinioni illi fundamentum detractum est, postquam G. Goetzius mus. Rhen. 34 p. 496 sqq. locis Hieronymianis innixus docuit, familiae Plautinae hominem dici eum, qui canis in morem latret et dente rodat laceretque. sic autem acerbe uocat aduersarium Caecilius, quippe cui manserit alta mente repostum

dictum illud in capitis tertii initio prolatum. miror autem Goetzium rectissimae interpretationi non institisse ad uerum eruendum, sed coniecturam Stieberianam, quam iam sententia quoque refutat, nihilominus et ipsum esse amplexum. nunc enim multo magis quaerimus, quo iure siue pistores siue Christiani ad eam quam nouimus familiam Plautinam pertinuisse dicantur. facile autem sentimus, perfectum fieri salem Caecilianum, si Octauius eam exercuit artem, in quam illae prosapiae Plautinae proprietates bene quadrant. quae re uera egregie quadrant in causidicum, qualis Octauius erat (c. 28, 3), siquidem ille latrator et caninum studium exercens similiterque apud Romanos audiit. neque tamen hinc probo id quod excogitauit Iacobus Gronouius 'ictorum' siue 'iurisconsultorum', quippe quos a causidicis diuersos familiae caninae societas non teneat. melius fuisset 'actorum' uel 'patronorum'. sed huius notionis uocabulum litterulis traditis magis accedens dum quaero, uerum esse apparuit 'difřorum' siue 'disertorum', siquidem uerbum 'diserti' (de quo substantiue posito cf. Taciti dial. c. 1) cum contemptu oratores forenses denotat.

c. 16, 2 *sed in Natali meo uersutiam nolo, non credo: procul est ab eius simplicitate subtilis urbanitas.* ineptam per se uoculam 'nolo' (neque enim hoc, sitne Natalis uersutus necne, ab Octaui uoluntate pendet) neque coeuntem (ut agnouit Usenerus) cum sequentibus illis 'non credo' sic licet retinere: 'uersutiam nolo noscere: credo, procul est' eqs. omisso scilicet 'ere' ante 'credo' ex 'nosc' euasit 'non'. neque uero displicebit aut asyndeton explicatiuum aut 'credo' in initio positum (Heindorfius ad Hor. sat. I 3, 53).

c. 16, 5 *diuites facultatibus suis inligatos magis aurum suspicere consuesse quam caelum, nostrates pauperes et commentos esse prudentiam et tradidisse ceteris disciplinam.* pauperes 'nostrates' non possunt esse nisi christiani, qui tamen neque quidquam in philosophia

artibusue sunt commenti neque omnino in disputationem hic uocantur. scriptoris autem sententia haec est: diuites opibus suis exempti curis terrenis cum possent caelum suspicere et in res diuinas inquirere, ipsis diuitiis inpediti semper aurum suspicere maluerunt; at contra pauperes faece terrena depressi inque humum abiecti ecce bene meruerunt de genere humano inuentis suis. eruimus igitur 'prostratos' ex 'nostrates'; nec dubitamus quin Octauius ad illud Caecilianum 'in terram proiecti' (c. 5, 6) adluserit. eadem autem neglegentia stupidum librariorum genus foedauit ea quae secuntur, siquidem quid sibi uelit aut 'comminisci prudentiam' aut 'prudentiae disciplina' eis qui inepta refugiunt obscurrissimum est, uerum autem aperit id quod praecedit 'uel si qui alii artium repertores'.

c. 17, 2 *nos quibus uultus erectus, quibus suspectus in caelum datus est, sermo et ratio, per quae deum adgnoscimus sentimus imitamur.* constat hodie de uerborum 'sermo et ratio' sic nude adiunctorum deprauatione. proposuit autem praeeunte Wopkensio Halmius 'datus est et sermo'. quod non recte, ut puto, inprobauit Usenerus, qui in illo 'sermo et ratio' uim gradationis inesse sibi persuadens rescribi uoluit 'in caelum, quibus datus est sermo et ratio'. uerum enim uero facultatum humanarum summa hic quidem habetur in uerbis 'quibus uultus erectus, quibus suspectus in caelum', quippe per quae cum maxime homines opponantur beluis pronis in terramque uergentibus. itaque sermo et ratio, quantumuis per se maioris momenti, hic tantum ut res minores adiungi possunt per simplicem copulam, non per repetitum tertio cumque gradatione 'quibus'. uitium autem non tam in omissa aliqua copula quam in ipso uerbo 'sermo' latere mihi uidetur. quid enim? num sermo, dotum humanarum sane quam praecipua, hic quidquam pertinet ad propositum, quo cum per ceteros sensus tum

per oculos nobis ingeri caelestem claritatem optineatur? sensit hoc nuper I. I. Cornelissenus ualde inprudenter 'sensus' proponens; a quo cum sequentia statim in hoc ipso enuntiato 'sentimus' et 'sensibus' non minus quam neglecta primaria artis criticae regula, ex qua locum aegrotum attrectare duplici remedio uetamur, dehortari debuerunt. equidem conieceram (neque muto factum) 'datus est et mens ($\overline{ms}$) et ratio'. idem autem Cornelissenus etiam in ultimis uerbis uitium iam agnouit, sed ut huic quoque tollendo esset impar. nam quod ad 'imitamur' uerbum attinet per se optimum (cf. Lactantius de opif. dei c. 8), ualet illud Horatianum 'sed nunc non erat his locus'. falsum est autem Cornelisseni commentum 'intuemur' propterea quod haec notio plane est superflua. post uerba enim 'adgnoscimus (uultu et suspectu), sentimus (mente et ratione)' iam illud unum quod inde efficitur adici potuit, hoc est 'recipimus'; cf. pulcra gradatio c. 14, 7 *eligere probare suscipere.* itaque uocem uulgarem 'imitamur' scriptam esse puto pro exquisita 'initiamus'; cf. c. 7, 2 *eos deprehendes initiasse ritus omnium religionum*, hoc est, recepisse.

c. 20, 2 *non nos debet antiquitas inperitorum fabellis suis delectata uel capta ad errorem mutui rapere consensus.* in unica uocem 'inperitorum' expediendi uia a grammatica suppeditata, scilicet ut coniungatur 'antiquitas inperitorum', quis non ridet interpretandi peruersitatem summam, qua affirmant uerba illa designare partem hominum antiquorum inperitam? et quantae adrogantiae ab his certe Christianis, quales se gerunt Octauius et Minucius, alienae hoc est, poetas (nam horum sunt fabulae illae hique philosophis opponuntur) referre simpliciter inter inperitos. emendaui 'antiquitas in poetarum fabellis suis delectata uel capta'; nam cur in suspitionem uocemus id quod est 'uel capta', ut fecere priorum nonnulli, non uideo causam idoneam, apta cum adsit gradatio (uertas ger-

manice 'das Alterthum, welches in seinen Dichtererzaehlungen sich gefiel oder, besser gesagt, befangen war'; saepius sic 'uel' pro 'uel potius' ponitur). sed quae est huius dialogi corruptio immanis, nec uerba sequentia integra sunt a labe. nam fidem qui habet fabulis illis poeticis, is quo iure quoue exemplo 'mutuo' cum eis consentire audit? recte ex. gr. c. 24, 5 *ipsam errantium turbam mutua sibi patrocinia praestare.* cum autem post illud 'unius dei' ex re sit fieri mentionem polytheismi et errores siue falsae de diis opiniones utpote ex poetarum mendaciis profluentes apte adiungantur (cf. c. 23, 1 *has fabulas et errores*, ubi 'errores' § 8 per 'opiniones' explicantur), temptaui 'ad errorum de multis diis rapere consensum', lubenter leniore medela meliora restituenti manum daturus.

c. 20, 4 *quid illas aniles fabulas, de hominibus aues et feras, homines et de hominibus, arbores atque flores?* operam oleumque perdiderunt qui emaculandis singulis uerbis studuerunt. ueluti si scribunt 'de hominibus aues et feras omnes ['omnigenas' eodem scilicet sensu alii inutiliter] et de hominibus arbores atque flores', non solum notionem necessariam qualis est 'factos esse' (quam alii et ipsam ex coniectura intulerunt) omisere, sed etiam reliquere plane otiosum 'de hominibus'; nam aut ex usu sollemni 'aues et feras de hominibus et de hominibus arbores atque flores' aut communi notione in initio posita 'de hominibus aues et feras, arbores atque flores (factos esse)' Minucium scripturum fuisse, sciunt qui eum pernouerunt. adstipulamur igitur docto anonymo, qui uerba 'homines et de hominibus' ut insiticia deleuit: sunt lectoris illius antiqui, cuius saepe in hoc dialogo occurrunt adnotationes marginales male in textum postea receptae, docta epicrisis, reminiscentis scilicet ex. gr. Tiresiae fabulam atque de sexus mutatione interdum facta monentis. eodem autem modo, quo in c. 18, 8 uerbis *nec comprehendi, tactu purior est* tria ultima uocabula a Cypriano seruata in codice Parisino obliuioni sunt tradita recepta in textum glossa 'potest', etiam hoc loco inlato in uerborum seriem emblemate alieno genuinam Minucii orationem detrimentum cepisse, expedita est suspitio. et ecce succurrit nobis remediumque ad uulnus iam ex parte urendo curatum persanandum suppeditat Hieronymus, qui commentarii in Danielem c. 4 haec scribit: *Scyllam quoque et Chimaeram atque centauros, aues et feras, flores et arbores, stellas et lapides factos ex hominibus narrant fabulae.* compara praecedentia apud Minucium uerba: ex hoc Hieronymiana esse hausta mihi concedes. nihil autem, ut par est, de hominibus ex hominibus factis exhibet Hieronymus, non superfluis additamentis, qualia sunt 'omnes' uel 'omnigenas', onerauit uocem 'feras', non omisit necessarium illud 'factos esse'. nam quod idem non summa cum religione Minucii uerba excripsit, sed in rebus minimis (ut in uerborum conlocatione) paululum uariat, id uero facile excusamus. Hieronymo igitur duce suum Minucio reddidi.

c. 21, 2 *Prodicus adsumptos in deos loquitur, qui errando inuentis nouis frugibus utilitati hominum profuerunt.* hic quoque uereor ut singulis uerbis immorantes quidquam proficiamus. recte quidem Ursinus 'frugibus' eiecit, cum Prodicus de omnibus omnino inuentis, non de uno frugum inuento, cogitauerit; recte quidem illud 'errando' prudentissimus quisque eliminandum putauit, Sauppius in 'quando' (debuit esse 'aliquando'), Hauptius in 'certando', Usenerus simul eiciens in 'arando' mutantes; sed his omnibus id tantum lucramur ut euadat sententia falsa et abhorrens a Ciceronis uerbis apertissimis, quae a Minucio non intellecta esse ut sumamus cogimur. quamquam illorum uirorum rationes utique tolerabiles sunt prae incredibili Dombarti artificio, qui uerba tradita patientissime ferens nihilque priorum dubitationes curans sic uertit: 'welche auf ihren Irrfahrten neue Fruechte

aufgefunden (?) und den Menschen dadurch Nutzen geschafft haben'. ergone 'errando' hic ualere potest 'in erroribus'? tu uero dele totam illud 'errando inuentis nouis frugibus' ut lectoris nostri christiani adnotationem marginalem ad uerba praecedentia 'Cereris Eleusiniae'; uoluit autem ille uerbis postea fortasse breuiatis hoc dicere, Cererem, cum Eleusin uenisset errando, inuentis nouis frugibus diuinos ibi meruisse honores. iamque reliqua 'Prodicus adsumptos in deos loquitur, qui utilitati hominum profuerunt' quam sint inania post Euhemeri plane eadem tradentis mentionem, multo magis apparet, ut iure nostro insistamus illi dubitationi, qua num Minucius Ciceronis uerba apertissima (d. n. d. I 42, 118) *Prodicus . . . ea quae prodessent hominum uitae deorum in numero habita esse dixit* tam peruerse accipere potuerit ambigimus. sapere ergo aude atque restitue id quo iam rectus ab Euhemero ad Prodicum et Persaeum progressus restituitur, sed quod emblemate semel inlapso mox correctoris malam manum expertum est: 'Pr. adsumpta in deos loquitur quae utilitati hominum profuerunt'.

c. 21, 7 *Terrae enim uel Caeli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus, ut in hodiernum diem inopinato uisos caelo missos, ignobiles et ignotos terrae filios nominamus.* non probo hic Useneri rationem, qui editionem principem secutus 'et' pro 'uel' restituit. immo respicere Minucium duplicem Saturni appellationem, ea quae explicandi gratia adduntur manifestum reddunt: alii (siue poetae siue mythographi) cum uocauerant Terrae filium utpote ignobilem, alii Caeli filium tamquam inopinato uisum. quam interpretationem iam par est sequi loci emendationem. in quo cum offensioni esset doctis et 'apud Italos esset ignotis parentibus' et 'proditus', multo magis offensioni esse debuit manca et incompleta definitio. neque enim additur, cur ueteres Saturnum putauerint Caeli filium; nec hoc ex explicatione addita

adsumere licet. cohaerere autem 'ignotis parentibus proditus' (hoc est 'natus'), ostendit Lactantius I 11, 55 *ignotis parentibus natos* ex loco nostro transcribens et ita Kochii Maehlyique in uerbis illis mutationes reiciens. quodsi lacunam apertam sic explemus ut post 'proditus' addamus duce Lactantio 'uel repentino aduenisset, est dictus', iam minus erit molestum illud 'apud Italos', quippe quod ad utrumque colon nunc pertineat.

c. 25, 7 *Romanorum enim uernaculos deos nouimus: Romulus, Picus . . . ac Volumnus dii; Cloacinam Tatius et inuenit et coluit* eqs. in his neque quid additum illud 'dii' sibi uelit agnosco et propter sequentium regum mentionem Pici ceterorumque usque ad Volumnum deorum inuentum Romulo adscribi desidero, cum praesertim Augustinus de ciu. dei VI 10 ex Senecae contra superstitiones libro haec adferat: *Cloacinam Tatius dedicauit deam, Picum Tiberinumque Romulus, Hostilius Pauorem atque Pallorem.* quem contra grauissimum auctorem, Minucii sine dubio fontem (ut iam agnouit Dombartus l. l. p. 136), nihil ualet testimonium Cypriani, qui haec scribit l. l. 2, 5: *Romanorum enim uernaculos deos nouimus. est Romulus peierante Proculo deus factus et Picus et Tiberinus et Pilumnus et Consus, quem deum fraudis, uelut consiliorum deum, coli Romulus uoluit, postquam in raptum Sabinarum perfidia prouenit. deam quoque Cloacinam Tatius inuenit et coluit* eqs. duos enim locos in unum conflauit Cyprianus, siquidem illa 'est Romulus peierante Proculo deus factus' petita sunt ex c. 21, 9; contra quae de suo adiecit ille 'quem deum — Romulus uoluit', ostendunt eum et ipsum apud Minucium de Romuli instituto agi inuenisse. unde nec a Cypriano emendationi nostrae 'Romuli sunt Picus . . . ac Volumnus dii' quidquam obstat.

c. 26, 11 *et angelos, id est ministros et nuntios, dei sed et ueri eiusque uenerationi nouit adsistere.* his uerbis corruptis, quae qualia exhibet Parisini manus prima

excripsimus, male anteriores ita medebantur ut 'nuntios dei sed ueri, eius uenerationi' scriberent. nam, ut cetera omittamus, Cyprianus (l. l. 4, 1 = c. 6 Hartelii) scribens: *Ostanes et formam ueri dei negat conspici posse et angelos [ueros] sedi eius dicit adsistere* plane confirmat, pessime post 'uerum deum' iterum inculcari 'dei sed ueri'. sed quod ex ductibus litterarum effecerunt Hartelius et Kochius 'sedem tueri', id quamquam mutationis lenitate blanditur, tamen ab sententia reiectaneum est, siquidem sedis diuinae defensionem in angelos, quales hic describuntur (dei uenerationi adsistentes et nutu uultuque domini contremescentes), non quadrare manifestum est. potius in archetypo scriptum fuisse uidetur *sedet'eri*, unde librarium eius quod paulo ante legitur 'uerum deum' memorem effecisse 'sed et ueri' facile intellegitur. 'dei sede teneri', hoc est retineri siue contineri, aptissimam in his angelis sententiam praebet.

c. 38, 3 *miror quemadmodum tribuatis exanimi aut non sentienti facem aut non sentienti coronam, cum et beatus non egeat et miser non gaudeat floribus.* haec num uere correxerint Ursinus et Salmasius scribendo 'aut sentienti facem', ualde dubito. omnis enim facis mentio peruersa, siquidem testibus et eis quae antecedunt et huius enuntiati uerbis ultimis de sola corona siue floribus agatur. debet autem ex illis 'aut non sentienti facem' aliquid erui, quod artius cum uerbis 'beatus non eget, miser non gaudet floribus' cohaereat. nimirum in Elysio uersantibus abunde adsunt flores, quos nec habent nec curant ei qui in Tartarum sunt coniecti. Elysii autem incolas quoniam pax, Tartari autem consortes poena aeterna excipit, potuit Minucius sic scribere 'aut iam sentienti pacem', hoc est beato.

Scripsi Groningae mense Iunio a. 1883.

[Haec editio ante duos et quod excedit annos cartis mandata iamque bibliopolae mittenda cum tum quidem ob causas, quas hic exponere nihil attinet, typis exprimi nequierit, nunc pauca adicienda sunt. et de Minucii quidem aetate interim prudenter disseruit P. Schwenke ('Jahrbuecher fuer protestantische Theologie', 1883, p. 263 sqq.), qui aliis rationibus ductus, quas non sine fructu cum meis comparabis, anno fere 160 Octauium scriptum esse optinuit. in hoc ab eo dissentio, quod quae c. 18, 5—7 leguntur quadrare negauit in duorum simul imperatorum regnum (quae est mea sane sententia supra p. VII exposita). tantum enim abest ut ad suum ibi tempus respiciat Minucius, ut potius ex aeuo fabuloso et pristinae reipublicae Romanae historia exempla petat ad stabiliendam sententiam in argumentorum serie ultro se offerentem nec quaesitam quaeque sub bonis quidem imperatoribus sine periculo uel a cautissimo in medium proferri potuit.

Scr. mense Nouembri a. 1885.]

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUS.

Cogitanti mihi et cum animo meo Octaui boni et 1
fidelissimi contubernalis memoriam recensenti tanta
dulcedo et adfectio hominis inhaesit, ut ipse quodam-
modo mihi uiderer in praeterita redire, non ea quae
iam transacta et decursa sunt recordatione reuocare:
ita eius contemplatio quantum subtracta est oculis, 2
tantum pectori meo ac paene intimis sensibus inpli-
cata est. nec inmerito discedens uir eximius et sanctus 3
inmensum sui desiderium nobis reliquit, utpote cum
et ipse tanto nostri semper amore flagrauerit, ut et in
ludicris et *in* seriis pari mecum uoluptate concineret,
eadem uelle uel nolle: crederes unam mentem duobus
fuisse diuisam. sic solus in amoribus conscius, ipse 4
socius in erroribus; et cum discussa caligine de tene-
brarum profundo in lucem sapientiae et ueritatis
emergerem, non respuit comitem, sed, quod est glo-

1 Arnobii liber VII explicit incipit liber VIII feliciter P ‖ 4 recensenti P *partim in litura* ‖ 5 inhesit P ‖ 9 pene P ‖ 10 decedens *Dauisius; sed* disc. *a nobis* ‖ 13 in *addidit Heumannus* ‖ uoluptate *scripsi:* uoluntate P *nimia tautologia cum uerbis* eadem uelle uel nolle, *quae Wopkensio spuria sunt uisa* (*cf. supra p.* V *nota*) ‖ 14 duobus *Fielitzius:* in duobus P in duos *Usenerus* ‖ 15 ipsis *Orellius, sed cf. infra ad c.* 34, 4 ‖ 18 *malim* renuit; *cf. supra p.* XV | glorius P, *corr. m. 2.*

5 riosius, praecucurrit. itaque cum per uniuersam con-
uictus nostri et familiaritatis aetatem mea cogitatio
uolueretur, in illo praecipue sermone eius mentis meae
resedit intentio, quo Q. Caecilium superstitionis uani-
tatibus etiamnunc inhaerentem disputatione grauissima
2 ad ueram religionem reformauit. nam negotii et uisendi
mei gratia Romam contenderat, relicta domo, coniuge,
liberis et (quod est in liberis amabilius annis) adhuc
innocentibus et adhuc dimidiata uerba temptantibus,
loquellam ipso offensantis linguae fragmine dulciorem.
2 quo in aduentu eius non possum exprimere [sermoni-
bus], quanto quamque inpotenti gaudio exultauerim,
cum augeret maxime laetitiam meam amicissimi ho-
3 minis inopinata praesentia. igitur post unum et alterum
diem, cum iam et auiditatem desiderii frequens ad-
siduitatis usus implesset et quae per absentiam mutua
de nobis nesciebamus, relatione alterna comperissemus,
placuit Ostiam petere, amoenissimam ciuitatem, quod
esset corpori meo siccandis umoribus de marinis
lauacris blanda et adposita curatio. sane et ad uinde-
miam feriae iudiciariam curam relaxauerant; nam id
temporis post aestuum rabiem in temperiem semet
4 autumnitas derigebat. itaque cum diluculo ad mare

2 mea] ea ? ‖ 4 quod Caecilium P, quo C. *ed. pr.; de coniectura nostra* quo Q. Caecilium *cf. p.* VI | superstitiosis P, *corr. Machly* ‖ 8 amabilius adhuc annis P; annis *deleuit Ursinus* animis *Vahlenus non remouens ablatiuum qualitatis cum ablatiuo absoluto molestissime coniunctum; ego ut praeterea stabilirem comparatiuum uix ceteris huius dialogi locis* (3, 6; 32, 4; 34, 6) *defendendum, traicci* annis *hac sententia: amabiles ipsi anni teneri scil. mollesque, amabilior innocentia sermonisque incipientis inopia* ‖ 11 sermonibus *serioris aeui latinitatem redolens ut glossema seclusi* (*cf. Plinii ep.* V 14, 2) ‖ 12 inpotenti *Heumannus:* inpatienti P; *dicuntur recte homines affectus alicuius inpatientes siue intemperantes, contra affectus ipsi inpotentes siue immodici* ‖ 16 mutua *Machly:* mutuam P mutuo *Heumannus* ‖ 18 hostiam P ‖ 19 corporis mei *Heumannus; ego malim* siccandisq. ‖ 21 aestuum rabiem *scripsi:* aestiuam diem P; *cf. supra p.* XVI ‖ 22 dirigebat P; *cf. quae dixi ad Taciti dial. p.* 54.

in *amnis* ambulando litore pergeremus, *ita* ut et aura
adspirans leniter membra uegetaret cum eximia uo-
luptate et molle uestigio cedens harena subsideret,
Caecilius simulacro Serapidis denotato, ut uulgus
superstitiosum solet, manum ori admouens osculum
labiis inpressit. tunc Octauius ait: 'non boni uiri est, 3
Marce frater, hominem domi forisque lateri tuo in-
haerentem sic in hac inperitiae uulgaris caecitate de-
serere, ut tam luculento die in lapides eum patiaris
se inpingere, effigiatos sane et unctos et coronatos,
cum scias huius erroris non minorem ad te quam ad
ipsum infamiam redundare.' cum hoc sermone eius 2
medium spatium ciuitatis emensi iam liberum litus
tenebamus. ibi harenas extimas, uelut sterneret ambu- 3
lacro, perfundens lenis unda tundebat; et ut semper
mare etiam positis flatibus inquietum est, etsi non
canis spumosisque fluctibus exit ad terram, [tamen]
crispis tortosisque identidem erroribus delectati per-
quam sumus, cum in ipso aequoris limite plantas
tingueremus, quod uicissim nunc adpulsus nostris pe-
dibus adluderet fluctus, nunc relabens ac uestigia
retrahens in se se resorberet. sensim itaque tranquil- 4
leque progressi oram curui molliter litoris iter fabulis

1 in amnis ambulando *scripsi* (*supra p.* XVI): inambulando P | ita ut *ego:* ut P ubi *Kochius, del. Heumannus* ‖ 2, 3 uegetaret et cum eximia uoluntate molli P; et *traicci et pro* molli *scripsi* molle: *cf. supra p.* XVII (uoluptate *iam ed. pr.*) ‖ 4 dinotato *Usenerus* ‖ 5 superstitiosus P, *corr. Halmius coll. c.* 18, 11 ‖ 6 praessit P, *corr. Ursinus* ‖ 10 se *addidi coll. Lact.* II 3, 3 (*an* pedes *post* lapides *periit?*) ‖ 13 ciuitatis] citatius *Hartelius* | 14 uelud P (*ut saepius*) ‖ 15 tundebat *Ursinus:* tendebat P radebat *Usenerus; cumulos harenarum iuxta iter positos unda quamuis lenis tamen ui insita ita percellit frangitque, ut uiam sternat* | semper *ex* super *corr.* P ‖ 17 exit *scripsi:* exibat P | tamen *seclusi; cf. supra p.* XVII ‖ 18 crispis P | tororisisque P *m. 1* torosisque *m. 2;* tortuosisque *P. Daniel* | identidem *Usenerus:* ibidem P itidem *Oehlerus* ‖ 19 limite *scripsi* (*supra p.* XVIII): limine P ‖ 20 adpulsum P, *correxi* ‖ 22 in sese P, *correxi.*

fallentibus legebamus. haec fabulae erant Octaui dis-
5 serentis de nauigatione narratio. sed ubi eundi spa-
tium satis iustum cum sermone consumpsimus emensi,
eandem uiam rursus uersis uestigiis terebamus; et
cum ad id loci uentum est, ubi subductae nauiculae
substratis roboribus a terrena tabe suspensae quiesce-
bant, pueros uidemus certatim gestientes testarum in
6 mare iaculationibus ludere. is lusus est testam teretem
iactatione fluctuum leuigatam legere de litore, eam
testam plano situ digitis conprehensam inclinem ipsum
atque humilem quantum potest super undas inrotare,
ut illud iaculum uel dorsum maris raderet uelutque
nataret, dum leni impetu labitur, uel summis fluctibus
tunsis emicaret et pergeret, dum adsiduo saltu suble-
uatur. is se in pueris uictorem ferebat, cuius testa et
procurreret longius et frequentius exsiliret.
4 Igitur cum omnes hac spectaculi uoluptate cape-
remur, Caecilius nihil intendere neque de contentione
ridere, sed tacens anxius segregatus dolere nescio quid
2 uultu fatebatur. cui ego: 'quid hoc est rei? cur non
agnosco, Caecili, alacritatem tuam illam et illam ocu-
3 lorum etiam in seriis hilaritatem requiro?' tum ille:
'iam dudum me Octaui nostri acriter angit et remordet
oratio, qua in te inuectus obiurgauit neglegentiam, ut
4 me dissimulanter grauius argueret inscientiae. itaque
progrediar ulterius: de toto *ut* integro mihi cum Oc-
tauio res est. si placet, ut ipse inuisae sectae homo
cum eo disputem, iam profecto intelleget facilius esse

1 hęc P *m. 1:* hęe *m. 2* hac *uulgo* ‖ 3 emensi, candem *scripsi:* candem emensi P ‖ 6 tabe *Dombartus:* labe P ‖ 7 uidimus *Usenerus* ‖ 12 uelutq; nataret *scripsi:* uel enataret P et uelut nataret *Dombartus* ‖ 13 laeni P ‖ 14 tonsis P, *correxi* | et pergeret *scripsi:* emergeret P ‖ 19 dolere *Ursinus:* dolore P ‖ 21 et *in litura* P ‖ 24 neglegentiae P, *correxi* (*supra p.* XIX) ‖ 26 ut *addidi: om.* P *m. 1* et *add. m. 2* (*supra l. l.*) ‖ 27 ipse inuisae *scripsi:* ipsius P istius *uel* ipse istius *Halmius; sed quo* istius *spectat?* (*de* ipsius *intolerabili cf. ad c.* 34, 4).

in contubernalibus desiderare quam conserere sapien-
tiam; modo in istis ad tutelam balnearum iactis et in 5
altum procurrentibus petrarum obicibus residamus, ut
et requiescere de itinere possimus et intentius dispu-
tare.' et cum dicto eius adsedimus, ita ut me ex 6
tribus medium lateris ambitione protegerent; nec hoc
obsequi fuit aut ordinis aut honoris, quippe cum ami-
citia pares semper aut accipiat aut faciat, sed ut
arbiter et utrisque proximus aures darem et disceptan-
tes duos medius segregarem.
Tum sic Caecilius exorsus est: 'quamquam tibi, 5
Marce frater, de quo cum maxime quaerimus non sit
ambiguum, utpote cum diligenter in utroque uiuendi
genere uersatus repudiaris alterum, *alterum* conpro-
baris, in praesentiarum tamen ita tibi informandus
est animus, ut libram teneas aequissimi iudicis nec
in alteram partem propensus incumbas, ne non tam
ex nostris disputationibus nata sententia quam ex tuis
sensibus prolata uideatur. proinde mihi, si quasi 2
nouus aliqui et quasi ignarus partis utriusque con
sideras, nullum negotium est patefacere, omnia in
rebus humanis dubia incerta suspensa magisque omnia
de his iudicia uerisimilia quam uera. quo magis mirum 3
est nonnullos taedio inuestigandae penitus ueritatis
cuilibet opinioni temere succumbere quam in explo-
rando pertinaci diligentia perseuerare. atqui indignan- 4
dum omnibus *et omnibus* indolescendum est, audere
quosdam, et hos studiorum rudes, litterarum profanos,

1 desiderare *scripsi* (*supra p.* XX): disputare P ‖ 4 --re-quiescere (*erasa* a) P ‖ 7 obsequii P *ex corr.* ‖ 12 id de quo *Heumannus* ‖ 14 alterum *addidit ed. pr.* ‖ 18 sententia *m. 1 ex* sentia P | ex tuis *m. 2 ex* exuis P ‖ 19 mihi si *Usenerus:* si mihi P ‖ 20. 21 consid'as *scripsi:* considas P, *pro quo saltim* consederis *expectes* ‖ 23 de his iudicia *addidi coll. Cic. d. n. d.* I 5, 12; 24, 66 (omnia *deleuit Wowerus* somnia *A. Kiesslingius*) | quo minus *Ursinus* ‖ 24 tedio P ‖ 26 atqui *Dombartus:* itaque P ‖ 27 et omnibus *addidi* (*solum* omnibus *Vahlenus*, et *Dombartus: cf. lectt. lat. p.* 24) ‖ 28 et hos *scripsi:* et hoc P et

ex parte artium etiam sordidarum, certum aliquid de
summa rerum ac maiestate decernere, de qua tot om-
nibus saeculis sectarum plurima cura usque adhuc
5 ipsa philosophia deliberat. nec inmerito, cum tantum
absit ab exploratione diuina humana mediocritas, ut
neque quae supra nos caelo suspenso sublata sunt
neque quae infra terra in profunda demersa sunt aut
scire sit datum aut scrutari permissum aut suspicari
religiosum et beati satis satisque prudentes iure uide-
amur, si secundum illud ueteris sapientis oraculum
6 nosmet ipsos familiarius nouerimus. sed quatenus in-
dulgentes insano atque inepto labori ultra humili-
tatis nostrae terminos euagamur et in terram proiecti
caelum ipsum et ipsa sidera audaci cupiditate tran-
scendimus, uel hunc errorem saltem non uanis et for-
7 midulosis opinionibus implicemus. sint principio om-
nium semina natura in se cogente densata: quis hic
auctor deus? sint fortuitis concursionibus totius mundi
membra coalita digesta formata: quis deus machina-
tor? sidera licet ignis accenderit, aer caelum licet sus-
penderit, sua materia licet terram fundauerit pondere
et mare licet confluxerit e liquore: unde haec religio,

horum *ed. pr.* | rude **P** ‖ 1 ex parte *scripsi* (*supra p.* XX): expertes **P** ‖ 2 dei *post* maiestate *addidit Wirthius; sed* rerum *tam ad* summa (*Lucr.* II 303) *quam ad* maiestate (*Lucr.* V 2 *et* 8) *spectat* | qua *m. 1 ex* quo **P** ‖ 3 plurima cura (= *meditatione*) *temptaui:* plurimarum **P** ‖ 4 filosofia **P** ‖ 6 suspenso *scripsi:* suspensa **P**; *cf. ex. gr. pan. ad Mess.* 23 | sublata *delet Usenerus* | 7 terram profunda **P**, *correxi* (profundo *Bursianus*) ‖ 8 datum ut scrutare **P**; *forma plebeia a Minucio arcenda* | suspicari *Dombartus:* stuprari **P**; *totum colon Usenerus sic rescribit* aut scire sit datum aut scrutari religiosum; *at est illud et extra bipartitae orationis parallelismum positum et sic recta gradatione descendit: scientiae materia denegata, examinationi obices structi, coniectura proinde inpia* ‖ 10 ueteris *Usenerus:* uetus **P** ‖ 17 cogente *scripsi:* coeunte **P**; *cf. Cic. d. n. d.* I 24, 66; *Verg. ecl.* 6, 31 | hic] his *Heumannus* ‖ 20 aer (er) *scripsi:* et **P**; *delere mauolt Halmius* ‖ 21 suspenderit, sua materia *scripsi:* sua materia suspenderit **P** ‖ 22 et mare et licet *ante rasuram* **P** | confluxerit *Dauisius:* influxerit **P**

unde *dei* formido? quae superstitio est? homo et ani- 8
mal omne, quod nascitur inspiratur attollitur, elemen-
torum, ut uolunt, uaria concretio est, in quae rursum
homo et animal omne diuiditur soluitur dissipatur: ita
in fontem refluunt et in semet reuoluuntur omnia,
nullo artifice renuente nec auctore. sic *consequens est* 9
congregatis ignium seminibus soles alios atque alios
semper splendere, sic exalatis terrae uaporibus nebulas
semper *alias* adolescere, quibus densatis coactisque
nubes altius surgere, isdem labentibus pluuias fluere,
flare uentos, grandines increpare uel nimbos conliden-
tibus tonitrua mugire, rutilare fulgora, fulmina pro-
micare; *ea* adeo passim cadunt, montes inruunt, ar-
boribus incurrunt, sine dilectu tangunt loca sacra et
profana, homines noxios feriunt *saepe* et saepe reli-
giosos. quid tempestates loquar uarias et incertas, 10
quibus nullo ordine uel examine rerum omnium im-
petus uolutatur? in naufragiis bonorum malorumque
fata mixta, merita confusa? in incendiis interitum con-
uenire insontium nocentiumque? et cum tabe pesti-
fera caeli tractus inficitur, sine discrimine omnes de-
perire? et cum belli ardore saeuitur, meliores potius
occumbere? in pace etiam non tantum aequatur ne- 11
quitia melioribus, sed extollitur, ut in pluribus nescias,
utrum sit eorum detestanda prauitas an optanda feli-

1 dei *add. Klussmannus* | quae] atque *Heumannus* ‖ 3 ut uolunt uaria *scripsi* (*supra p.* XX): ut uoluntaria **P** | concretio *ex* concreto *corr.* **P** ‖ 5 omnia reuoluuntur **P**, *traiecit Heumannus* ‖ 6 renuente *scripsi:* nec iudice **P** | consequens est *addidi* (uidemus *post* soles *Heumannus, ante idem* cernimus *Maehly*) | 7 atque *bis* **P** ‖ 9 alias *addidit Sauppius* | coalescere *Usenerus* (*an* adolescere *ex* alias coalescere *conflatum?*) ‖ 11 nimbos *scripsi* (*supra p.* XXI): nimbis **P** ‖ 12. 13 praemicare **P**, *corr. Heumannus* | ea *addidi* | in montes *Maehly* ‖ 15 saepe *addidit Klussmannus* ‖ 17 examine *suspectum;* discrimine *Heumannus* moderamine *Maehly; an* agmine (*cf. Verg. Aen.* I 82)? | *malim* rerum omnium in perniciem impetus uoluatur ‖ 19 mixtã erita **P** *m. 1* ‖ 22 ardor saeuit *Heumannus* ‖ 24 extollitur *Usenerus:* et colitur **P**.

12 citas. quod si mundus diuina prouidentia et alicuius
numinis auctoritate regeretur, numquam mereretur Pha-
laris et Dionysius regnum, numquam Rutilius et Ca-
13 millus exilium, numquam Socrates uenenum. ecce ar-
busta frugifera, ecce iam cana seges, iam temulenta
uindemia imbri corrumpitur, grandine caeditur. adeo
aut certa nobis ueritas occultatur et premitur aut,
quod magis credendum est, uariis et lubricis casibus
6 soluta legibus fortuna dominatur. cum igitur aut for-
tuna incerta aut incerta natura sit, quanto uenerabi-
lius ac melius, ancipites ueritatis maiorum excipere
disciplinam, religiones traditas colere, deos, quos a
parentibus ante inbutus es timere, adorare quam nosse
familiarius, nec de numinibus ferre sententiam, sed
prioribus credere, qui adhuc rudi saeculo in ipsius
cultus natalibus meruerunt deos uel ciues habere uel
reges? inde adeo per uniuersa imperia prouincias
oppida uidemus singulos sacrorum ritus gentiles ha-
bere et deos colere municipes, ut Eleusinios Cererem,
Phrygas Matrem, Epidaurios Aesculapium, Chaldaeos
Belum, Astarten Syros, Dianam Taurios, Gallos Mer-
2 curium. intuere iam Romanos. sic eorum potestas et
auctoritas totius orbis ambitum occupauit, sic impe-
rium suum ultra solis uias et ipsius oceani limites
propagauit, dum exercent in armis uirtutem religio-

3 dionisius **P** ‖ 5 seges cana **P**, *traiecit Heumannus* ‖ 6 *ante* imbri *hoc fere* nimbo percelluntur *intercidisse putauerim, quod aeque spectet ad* arbusta frugifera *quam* imbri corr. *ad segetem canam et* grand. caed. *ad temulentam uindemiam* ‖ 7 certa *scripsi* (*cf. supra p.* XXII): incerta **P** ‖ 9, 10 fortuna incerta *scripsi:* fortuna certa **P** ‖ 11 ancipites *Usenerus*: antistites **P** ‖ 13 estimere (est. *m. 2*) quam nosse familiarius adorare **P**, *traieci* (*supra p.* XXII) ‖ 16 cultus *scripsi:* mundus **P** *m. 1*, mundi *corr.*, *uulgo inepte* (*quo seruato* ipsis *Gelenius*) | ciues *Heumannus:* faciles **P** famulos *Usenerus* ‖ 18 opida **P** ‖ 19 ut *ed. pr.:* et **P** ‖ 20 esculapium chaldeos **P** ‖ 22 intuere iam *scripsi* (*supra p.* XXIII): uniuersam (m *erasa*) **P** ‖ 23 ambitus **P**, *corr. Halmius* ‖ 25 propagarunt *Heumannus, recte ut puto, nisi potius* sic imperium (*scil.* eorum) fines ultra . . . propagauit *praestat.*

sam, dum urbem muniunt sacrorum religionibus, castis
uirginibus, multis honoribus ac nominibus sacerdotum;
dum obsessi et citra solum Capitolium capti colunt
deos, quos alius iam spreuisset, *uel* iratos et per Gal-
lorum acies mirantium superstitionis audaciam pergunt
telis inermes, sed cultu religionis armati; dum captis
hostilibus moenibus adhuc ferociente uictoria numina
uicta uenerantur; dum undique hospites deos quaerunt
et suos faciunt; dum aras extruunt etiam ignotis nu-
minibus et inmanibus. sic dum uniuersarum gentium 3
sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt. hinc per-
petuus uenerationis tenor [mansit], qui longa aetate
non infringitur, sed augetur; quippe antiquitas caeri-
moniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere con-
sueuit quantum adseruit uetustatis. nec tamen temere 7
(ausim enim interim et ipse errare et sic melius con-
cedere) maiores nostri aut obseruandis auguriis aut
extis consulendis aut instituendis sacris aut delubris
dedicandis operam nauauerunt. specta de memoria 2
libros: iam eos deprehendes initiasse ritus omnium re-
ligionum, uel ut remuneraretur diuina indulgentia uel
ut auerteretur imminens ira aut iam inruens et sae-
uiens placaretur. testis mater Idaea, quae aduentu 3
suo et probauit matronae castitatem et urbem metu

4 uel *addidi coll. Senecae ad Marciam* 13, 2 (spreuisset iratus *Wowerus*) ‖ 6 captis *Ouzelius*: capti in **P** captis in *ed. pr.* ‖ 9 etiam *ed. pr.:* dum etiam **P** interdum etiam *Heraldus* ‖ 10 inmanibus *scripsi:* manibus **P**; *cf. ex. gr. Prud. in Symm.* II 353 *sqq.* ‖ 11 meruerunt *ed. pr.:* merunt **P** inierunt *Meursius* ‖ 12 mansit *seclusi* (manauit *I. I. Cornelissenus*) | qui] quae *Usenerus, qui et mox* antiquitus ‖ 13. 14 cerimoniis **P** ‖ 15 adseruit *scripsi:* adstrucserit **P** *m. 1* (-xserit *m. 2*), *quod ex* adstruit *scriptis supra* str *litteris* c. (= *corrige*) ser *ortum puta* ‖ 16 errare — concedere *scripsi* (*supra p.* XXIII): concedere — errare **P** ‖ 17 nostri ut **P** ‖ 19 de memoria libros *scripsi:* de libris memoria **P** (memoriam *ed. pr.* de libris *delet Wopkensius*) ‖ 22 aut iam (*add.* ut *s. l.*) **P** | inruens *scripsi:* tumens **P** (*etiam imminens ira est tumens*) ‖ 23 idea (i *erasa*) **P**.

hostili liberauit; testes equestrium fratrum in lacu *Iuturnae*, se ut ostenderant, statuae consecratae, qui anheli spumantibus equis atque fumantibus de Perse uictoriam eadem die qua fecerant nuntiauerunt; testis ludorum offensi Iouis de somnio plebei hominis iteratio; [et Deciorum deuotio rata testis est;] testis et Curtius, qui equi uel sui uel mole uel honore hiatum
4 profundae uoraginis coaequauit. frequentius etiam quam uolebamus deorum praesentiam contempta auspicia contestata sunt. sic Allia 'nomen infaustum', sic Claudi et Iuni atrox praelium in Poenos et ferale naufragium [est]; et ut Trasymenus Romanorum sanguine et maior esset et decolor, spreuit auguria Flaminius; et ut Parthos signa repetamus, dirarum in-
5 precationes Crassus et meruit et inrisit. omitto uetera quae multa sunt. et de deorum natalibus donis muneribus neglego carmina poetarum; praedicta etiam de oraculis fata transilio, ne uobis antiquitas nimium fabulosa uideatur. intende templis ac delubris deorum, quibus Romana ciuitas et protegitur et ornatur: magis sunt augusta numinibus incolis praesentibus *inquilinis* quam cultus insignibus et muneribus opulenta.

1 equestres *Heumannus* ‖ 2 Iuturnae *Usenerus addidit* | se ut *Schefferus:* sic̄ (c *in ras.*) **P** sicut se *Ursinus* (sicut ostenti erant *Usenerus*) ‖ 3 anhelis **P**, *corr. Gelenius* | persae **P** ‖ 4 nunciauerunt **P** *m. 1* ‖ 5 offensi *Rigaltius:* offensio **P** | somno **P**, *corr. Gelenius* ‖ 6 *uerba* et decuriorum (*sic* **P**) d. r. t. e. *interpolata esse uidit Halmius* ‖ 7 equi uel sui *scripsi:* equitis sui **P** (*ortum puta* equit' *ex* equi ł) equi et sui *Bursianus* equi equitisue *Usenerus* ‖ 8 coequauit **P** ‖ 10 *cf. Verg. Aen.* VII 717 ‖ 11 atrox praelium — et ferale *scripsi:* non praelium (proelium *m. 2*) — sed ferale **P**; *incredibile est, Minucium in re notissima et a Cicerone d. n. d.* II 3, 7 *suppeditata titubasse* ‖ 12 est *deleuit E. Hillerus* (factum est *Usenerus*) | thrysimenus **P** | sanguinē *ante rasuram* **P** ‖ 14 phartos **P** | repetamus] *cf. supra p.* VII | inpraecationes grassus **P** ‖ 15 *puto* cetera ‖ 21 *post* incolis *comma ponunt, cum tamen* numina incolae *una sit notio* | inquilinis *corruptum; conieci* et inlucinis ‖ 22 cultus *uulgo*: cultu☰ **P** cultu *ed. pr.*

inde adeo pleni et mixti deo uates futura praecerpunt, 6
dant cautelam periculis, morbis medellam, spem adflictis, opem miseris, solacium calamitatibus, laboribus leuamentum. etiam per quietem deos uidemus audimus agnoscimus, quos impie per diem negamus nolu-
mus eieramus. itaque cum omnium gentium de dis 8
inmortalibus, quamuis incerta sit uel ratio uel origo, maneat tamen firma consensio, neminem fero tanta audacia tamque inreligiosa nescio qua prudentia tumescentem, qui hanc religionem tam uetustam, *tam* utilem, tam salubrem dissoluere aut infirmare nitatur.
sit licet ille Theodorus Cyrenaeus uel, qui prior, Dia- 2
goras Melius, cui atheon cognomen adposuit antiquitas, qui uterque nullos deos adseuerando timorem omnem, quo humanitas regitur, uenerationemque penitus sustulerunt: numquam tamen in hac inpietatis disciplina simulatae philosophiae nomine atque aucto-
ritate pollebant. cum Abderiten Protagoram Atheni- 3
enses etsi consulte potius quam profane de diuinitate disputantem et expulerint suis finibus et in contione eius scripta deusserint, quid homines (sustinebitis enim me impetum susceptae actionis liberius exerentem) homines, inquam, deploratae inlicitae ac desperatae factionis grassari in deos non ingemescendum
est? qui de ultima faece collectis imperitioribus et 4
mulieribus credulis sexus sui facilitate labentibusque legem profanae coniurationis instituunt; quippe nocturnis congregationibus et ieiuniis sollemnibus et in-

1 *an* praecipiunt? ‖ 3 solatium **P** *m. 2* ‖ 5 impiae **P** ‖ 6 peieramus **P**, *corr. I. Fr. Gronouius* | dis, *add.* i. *s. l.*, **P** ‖ 10 tam *addidit Gelenius* ‖ 12 ille] *malim* nisus | theudorus cyreneus **P** | dargoras (i *supra* a *pr.*) milesius **P** ‖ 13, 14 *malim* antiquitas utrique, qui nullos ‖ 17 filosofiae **P** ‖ 18 pollebunt **P**, *correxi* | Protagoram *ed. pr.*: pitagorā **P** ‖ 19 etsi *scripsi:* uiri **P** uirum *Maehly* ‖ 21 scribta **P** ‖ 23 ac *deleuerim* ‖ 25 fece **P** ‖ 26 labentibusq. legem *scripsi* (*supra p.* XXIII): labendibus plebem **P** labentibus pl. *uulgo* ‖ 27 quippe *scripsi:* quae **P** qui *Heumannus.*

humanis cibis non sacro quodam, sed piaculo foede-
rantur. latebrosa et lucifuga natio, in publicum muta,
in angulis garrula: templa ut busta defugiunt, deos
despuunt, rident sacra, miserentur (miseris si fas est)
sacerdotum, honores et purpuras despiciunt ipsi semi-
nudi. pro mira stultitia et incredibilis audacia! sper-
nunt tormenta praesentia, dum incerta metuunt et
futura, et, dum mori post mortem timent, interim
mori non timent: ita illis pauorem fallax spes solata
9 uita rediuiua blanditur. ac iam, ut fecundius nequiora
proueniunt, serpentibus in dies perditis moribus per
uniuersum orbem sacraria ista taeterrima impiae co-
itionis adolescunt. eruenda prorsus haec et execanda
2 consensio. occultis se notis et insignibus dinoscunt et
amant mutuo paene antequam nouerint; passim etiam
inter eos uelut quaedam libidinum religio miscetur, ac
se promisce appellant fratres et sorores, ut etiam sic
insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat in-
cestum. ita eorum uana et demens superstitio scele-
3 ribus gloriatur. nec de ipsis, nisi subsisteret ueritas,
maxime turpia et honore praefanda sagax fama lo-
queretur. audio eos turpissimae pecudis caput [asini]
consecratum inepta nescio qua persuasione uenerari:
4 digna et nata religio talibus moribus! alii eos ferunt

1 foederatur *Vahlenus* ‖ 2 lucifugax **P**, *corr. P. Daniel* | in publico *ed. pr.* ‖ 3 ut busta] uetusta *Usenerus* | defugiunt *scripsi:* despiciunt **P** ‖ 4 miseris *scripsi:* miseri **P** miseri ipsi *Halmius* ‖ 6 mira *ex* miram *corr., ut uid.*, **P** | incredibilis *in* -li *corr.* **P** ‖ 7, 8 et futura *obelo notat Usenerus; equidem malim* dum incendia metuunt futura ‖ 9 solata uita *scripsi* (*supra p.* XXIII): solacia **P** ‖ 12 teterrima **P** ‖ 13 execanda *I. I. Cornelissenus*: execranda **P** haec execranda *Usenerus* ‖ 14 dinoscunt *scripsi coll. c.* 31, 8: nos̄cunt **P** ‖ 16 uelud **P** ‖ 17 sic *scripsi* (*supra p.* XXV): non **P** ‖ 20 istis *Sauppius; at cf. ad c.* 34, 4 ‖ 21 maxime turpia *scripsi:* maxima et uaria **P**, *hoc est* maximae tuaria (maxime nefaria *P. Daniel* maxima flagitia *Usenerus*) ‖ 21 praefandas (s *erasa*) **P**; honore praefato uix effanda *Usenerus*, *ego cogitaui de* horrore execranda *coll. c.* 28, 6 ‖ 22 asini *seclusit Dauisius.*

ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia et quasi
parentis sui adorare naturam: nescio an falsa, certe
occultis ac nocturnis sacris adposita suspicio! et qui
hominem summo supplicio pro facinore punitum et
crucis ligna feralia eorum caerimonias fabulatur, con-
gruentia perditis sceleratisque tribuit altaria, ut id
colant quod merentur. iam de initiandis tirunculis fa- 5
bula tam detestanda quam nota est. infans farre con-
tectus [ut decipiat incautos] adponitur ei qui sacris
inbuatur. is infans a tirunculo farris superficie quasi
ad innoxios ictus prouocato caecis occultisque uulne-
ribus occiditur. huius (pro nefas!) sitienter sanguinem
lambunt, huius certatim membra dispertiunt, hac foe-
derantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium
mutuum pignerantur. haec sacra sacrilegiis omnibus
taetriora. et de conuiuio notum est; passim omnes 6
locuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio. ad
epulas sollemni die coeunt cum coniugibus liberis
sororibus matribus, sexus omnis homines et omnis
aetatis; illic post multa pocula ubi conuiuium caluit
et in caecas libidines ebrietatis feruor exarsit, canis,
qui candelabro nexus est, iactu offulae ultra spatium
lineae, qua uinctus est, ad impetum et saltum pro-
uocatur. sic euerso et extincto conscio lumine inpru- 7
dentibus tenebris nexus infandae cupiditatis inuol-
uunt, per incertum sortis, etsi non omnes corpore,

1 antistis **P** ‖ 5 fabulantur **P** ‖ 9 ut decipiat incautos *ex eis quae secuntur interpolatum seclusi* ‖ 10 inbuitur *Ursinus* ‖ 13 discerpunt *Maehly* ‖ 15 ecce sacra *Halmius* ‖ 18 coniugibus *Iac. Gronouius*: omnibus **P** ‖ 19 sorororib. **P** | hominis **P** ‖ 20 post multas aepulas **P**, *cum tamen* illic *spectet ad praecedens* epulas *nec hic* epulae *pro ferculis accipi possint; quod scripsi* multa pocula *commendat imitator Sulp. Seu. chron.* II 13, 7 | comuiuium caruit **P** ‖ 21 in caecas libidines *Gronouius:* incaestae liuidinis (lib. *corr.*) **P** | carnis **P** ‖ 24, 25 inprudentibus *scripsi:* inpudentibus **P** (*cf. oppositum* conscio) ‖ 25 nexu se *Cornelissenus; sed* inu. *iunge cum* ten. ‖ 26 sortis *corruptum*; *puto* Fortis *uel* noctis | corpore (c̄pore) *Hartelius:* oporae **P** opera *ed. pr.*

conscientia tamen pariter incesti, quoniam uoto uni-
uersorum adpetitur quicquid accidere potest in actu
10 singulorum. multa praetereo consulto: nam et haec
nimis multa sunt, quae aut omnia aut pleraque om-
nino uera declarat ipsius prauae religionis obscuritas.
2 cur etenim occultare et abscondere quicquid illud co-
lunt magnopere nituntur, cum honesta semper publico
gaudeant, scelera secreta sint? cur nullas aras habent,
templa nulla, nulla nota simulacra? ..... numquam
palam loqui, numquam libere congregari, nisi illud,
quod colunt et interprimunt, aut puniendum est aut
3 pudendum? unde autem uel quis ille aut ubi deus
unicus solitarius destitutus, quem non gens libera,
non regna, non saltem Romana superstitio nouerunt?
4 Iudaeorum sola et misera gentilitas unum et ipsi
deum, sed palam, sed templis, aris, uictimis caeri-
moniisque coluerunt; cuius adeo nulla uis nec potestas
est, ut sit Romanis hominibus cum sua sibi natione
5 captiuus. at iam Christiani quanta monstra, quae
portenta confingunt! deum illum suum, quem nec
ostendere possunt nec uidere, in omnium mores, actus
omnium, *omnium* uerba denique et occultas cogitationes
diligenter inquirere: discurrentem scilicet atque ubi-
que praesentem molestum illum uolunt, inquietum,
inpotenter etiam curiosum, siquidem adstat factis om-
nibus, locis omnibus intererrat, cum nec singulis in-

4, 5 omnino *scripsi:* omnium **P** *delet Halmius* ‖ 9 *lacunae signa posui; suppleuerim* cur numquam ..... audent (*post* congregari *Cellarius* sustinent, *Maehly* sunt uisi *addunt*) ‖ 11 colunt] celant *Usenerus* ‖ 15 *malim* Iudaei, quorum sola (= *desolata*) et m. g., unum ‖ 16, 17 cerimonisq. *ex* erimonisq. *corr.* **P** ‖ 18 hominibus *ed. pr.:* nominibus **P** numinibus *Wowerus* ‖ 19 at iam *Schefferus*: ad (at *corr.*) etiam **P** | quanta monstra *Dauisius:* quantã (n *corr. in* m) nr̄a **P**, *unde* mostra *commendat Usenerus* ‖ 22 omnium *addidi; aut semel* (omnium mores actus uerba) *aut ter ponendum erat* omnium; *cf.* § 2 nullas aras, templa nulla, nulla simulacra ‖ 25 inpotenter *scripsi:* inpudenter **P** *absone* inprudenter *de Rhoer.*

seruire possit per uniuersa districtus nec uniuersis
sufficere in singulis occupatus. quid? quod toto orbi 11
et ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium,
ruinam moliuntur, quasi aut naturae diuinis legibus
constitutus aeternus ordo turbetur aut rupto elemen-
torum omnium foedere et caelesti conpage diuulsa
moles ista, qua *totum* continetur et cingitur, subrua-
tur. nec hac furiosa opinione contenti aniles fabulas 2
adstruunt et adnectunt: renasci se ferunt post mortem
etsi cineres et fauillas et nescio qua fiducia mendaciis
suis inuicem credunt: putes eos iam reuixisse. anceps 3
malum et gemina dementia, caelo et astris, quae sic
relinquimus ut inuenimus, interitum denuntiare, ho-
minibus [mortuis] extinctis, qui sicut nascimur et
interimus, aeternitatem repromittere! inde uidelicet [et] 4
execrantur rogos et damnant ignium sepulturas, quasi
non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis
tamen et aetatibus in terra resoluatur, nec *nil* intersit,
utrum ferae diripiant an maria consumant an humus
contegat an flamma subducat, cum cadaueribus omnis
sepultura, si sentiunt, poena sit, si non sentiunt, pyra
conficiendi celeritate medicina. hoc errore decepti 5
beatam sibi ut bonis et perpetem uitam mortuis pol-
licentur, ceteris ut iniustis poenam sempiternam. multa
ad haec subpetunt, ni festinet oratio. iniustos ipsos
magis, iam docui, nec laboro. quamquam, etsi iustos

1 destrictus **P** ‖ 2 toti *Balduinus* ‖ 6 compagetur **P** | diuulsa *Burmannus:* diuisa **P** ‖ 7 totum *addidi* (continemur et cingimur *Meursius; et difficillime* orbis et mundus *subiectum ex initio capitis hic adsumitur cogitatione*) ‖ 10 etsi (*uel* licet) *scripsi:* et **P** (e cinere et fauilla *Heumannus*) | fabillas **P** ‖ 13, 14 hoīb; (= hominibus) *scripsi:* sibi **P** *interpolate redarguentibus illis* nascimur et interimus ‖ 14 mortuis *seclusit Usenerus* (mortuis et ext. *Ursinus* morte ext. *Heumannus*) ‖ 15 et *dittographum deleuit Usenerus* ‖ 18 terram **P**, *correxi* | nil *addidit Usenerus* (et intersit *Dauisius; ceterum cf. Petr. c.* 115 *fin.*) ‖ 21 pyra *scripsi:* ipsa **P** ignis ipsa *Dombartus* ‖ 23 baeatam **P** | mortui **P** ‖ 25, 26 ipsos magis nec laboro iam docui **P**, *traieci.*

darem, culpam tamen uel innocentiam fato tribui
assentior sententiis plurimorum. et haec uestra con-
6 sensio est; nam quicquid agimus, ut alii fato, ita uos
deo dicitis . . . .: sic sectae uestrae non spontaneos
7 cupere, sed electos. igitur iniquum iudicem fingitis,
qui sortem in hominibus puniat, non uoluntatem.
uellem tamen sciscitari, utrumne cum corporibus *an*
sine corporibus, et corporibus quibus, ipsisne an inno-
uatis, resurgatur? sine corpore? hoc, quod sciam, ne-
que mens neque anima nec uita est. ipso corpore?
sed iam ante dilapsum est. alio corpore? ergo homo
8 nouus nascitur, non prior ille reparatur. et tamen
tanta aetas abiit, saecula innumera fluxerunt: quis
unus ullus ab inferis uel Protesilai sorte remeauit,
horarum saltem permisso commeatu trium, ut exemplo
9 crederemus? omnia ista figmenta male sanae opinionis
et inepta solacia a poetis fallacibus in dulcedinem
carminis lusa a uobis nimium credulis in deum
12 uestrum turpiter reformata sunt. nec saltem de prae-
sentibus capitis experimentum, quam uos inritae sol-
licitationis cassa uota decipiant: quid post mortem
2 inpendeat, miseri, dum adhuc uiuitis, aestimate. ecce
pars uestrum, maior et melior, ut dicitis, egetis opere,
algetis, fame laboratis; et deus patitur, dissimulat,
non uult aut non potest opitulari suis: ita aut inua-
3 lidus aut iniquus est. tu, qui inmortalitatem postu-
mam somnias, cum quercera quateris, cum febribus

2 assentior *addidi* (noui *post* plurimorum *Vahlenus; sen-tentia pl. Ursinus, porro* etiam uestra *Gelenius*) ‖ 4 *post* dicitis *Usenerus lacunae signa posuit* ‖ 7, 8 an sine corporibus *addidit Halmius* (utrum necne c. c. *Dombartus*) ‖ 15 trium ut *scripsi:* uelud **P** uel ut *uulgo praue* (ut eius *Kochius;* trium *post* saltem *addi uoluit Dauisius*) ‖ 17 dulcedine **P**, *corr. Wopkensius* ‖ 18 nimirum **P**, *corr. Gelenius* ‖ 19 salitem *ante rasuram* **P** ‖ 20, 21 sollicitationis *scripsi* (*supra p.* XXV): pollicationis **P** pollicitationis *uulgo* ‖ 23 maior et melior *Vahlenus*: et maior melior **P** | egetis algetis opere fame **P**, *traieci* ‖ 26, 27 *num* post (pos) tumbam *?* ‖ 27 querquera *L. Carrio:* periculo **P**.

ureris, cum dolore laceraris, nondum condicionem
tuam sentis? nondum adgnoscis fragilitatem? inuitus,
miser, infirmitatis argueris nec fateris? sed omitto 4
communia. ecce uobis minae supplicia tormenta et
iam non adorandae sed subeundae cruces, ignes etiam
quos et praedicitis et timetis: ubi deus ille, qui sub-
uenire reuiuescentibus potest, uiuentibus non potest?
nonne Romani sine uestro deo imperant? regnant, 5
fruuntur orbe toto uestrique dominantur; uos uero
suspensi interim atque solliciti honestis uoluptatibus
abstinetis, non spectacula uisitis, non pompis interestis,
conuiuia publica absque uobis, sacra certamina, prae-
cerptos cibos et delibatos altaribus potus abhorretis.
sic reformidatis deos quos negatis. non floribus caput 6
nectitis, non corpus odoribus honestatis: reseruatis
unguenta funeribus, coronas etiam sepulcris denegatis,
pallidi, trepidi, misericordia digni — sed nostrorum
deorum! ita nec resurgitis miseri nec interim uiuitis.
proinde si quid sapientiae uobis aut uerecundiae est, 7
desinite caeli plagas et mundi fata et *terrae* secreta
rimari: satis est *quod est* pro pedibus aspicere maxime
indoctis inpolitis [rudibus] agrestibus, quibus non est
datum intellegere ciuilia, multo magis denegatum est
disserere diuina. quamquam si philosophandi libido **13**
est, Socraten, sapientiae principem, quisque uestrum
(tanti is est), si poterit, imitetur. eius uiri, quotiens
de caelestibus rogabatur, nota responsio est: quod
supra nos, nihil ad nos. merito ergo de oraculo testi- 2
monium meruit prudentiae singularis. quode oraculo
idem ipse persensit idcirco uniuersis *se* esse praeposi-

2 sentis *ex* senis *corr.* **P** | *malim* uictus miseriis inf. ‖ 7 non *m. 1 s. l.* **P** ‖ 14 capud **P** *m. 1* ‖ 20 terrae *addidi lectt. lat.* 26 (saeculorum *Vonckius*) ‖ 21 *malim* esto | quod est *add. Klussmannus* ‖ 22 rudibus *seclusi* ‖ 24 filosofandi **P** ‖ 26 tanti is est *scripsi:* tantus est **P** ad amussim *I. I. Cornelissenus* | potuerit **P**, *corr. edd. ant.* ‖ 29 quode oraculo *scripsi:* quod oraculum **P** ‖ 30 persensit *Ouzelius:* praesensit **P**; *an* probe sensit *?* | se *addidit Wowerus.*

tum, non quod omnia comperisset, sed quod nihil se scire didicisset: ita confessae inperitiae summa pru-
3 dentia est. hoc fonte defluxit Arcesilae nec multo post Carneadis *et Pyrronis* et Academicorum plurimorum in summis quaestionibus tuta dubitatio, quo genere philosophari et caute indocti possunt et docti gloriose.
4 quid, Simonidis melici nonne admiranda omnibus et sectanda cunctatio? qui Simonides cum de eo, quid et quales arbitraretur deos, ab Hierone tyranno quaereretur, primo deliberationi diem petiit, postridie biduum porro rogauit, mox alterum tantum admonitus adiunxit. postremo cum causas tantae morae tyrannus inquireret, respondit ille, quod sibi quanto inquisitio tardior pergeret, tanto ueritas fieret obscurior.
5 mea quoque opinione quae sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt, nec tot ac tantis uiris deliberantibus temere et audaciter in alteram partem ferenda sententia est, ne aut anilis inducatur superstitio aut omnis religio destruatur.'

14 Sic Caecilius et renidens (nam indignationis eius tumorem effusae orationis impetus relaxauerat) 'ecquid ad haec' ait 'audet Octauius, homo Plautinae prosapiae, ut disertorum praecipuus, ita postremus philo-
2 sophorum?' 'parce', inquam, 'tibimet plaudere; neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis quam utrimque plenius fuerit peroratum, maxime cum non laudi, set ueritati disceptatio uestra anni-
3 tatur. et quamquam magnum in modum me subtili

2 confessio *Heumannus* (*at interpretare: confessa inperitia summam in se habet prudentiam*) ‖ 3 arcesile **P** | nec *Usenerus:* et **P** ‖ 4 carneadis *ex* -tis *corr.* **P** | et Pyrronis *add. Vahlenus coll. c.* 38, 5 ‖ 7 simonides melchi **P** ‖ 8 Simonides *delet Wowerus* ‖ 9 quereretur **P** ‖ 10 petit posttridie **P** ‖ 10, 11 biduum prorogauit **P**, *correxi* ‖ 12 adiunxit] x *in ras. 3 ductuum* **P** ‖ 20 renitens **P** ‖ 21 ecquid *Ursinus:* et qui **P** ‖ 23 disertorum *scripsi* (*supra p.* XXVI): pistorum **P** ‖ 24 tibimet *scripsi:* in eum **P** ‖ 27 laudis et **P** | annitatur *Halmius:* nitatur **P** (*quo seruato Kochius* seruire *ante* set).

uarietate tua delectarit oratio, tamen altius moueor, non de praesenti actione, sed de toto genere disputandi, quod plerumque pro disserentium uiribus et eloquentiae potestate etiam perspicuae ueritatis condicio mutetur. id accidere pernotum est auditorum 4
facilitate, qui dum uerborum lenocinio a rerum intentionibus auocantur, sine dilectu adsentiuntur dictis omnibus nec a rectis falsa secernunt, nescientes inesse et *in* incredibili uerum et in uerisimili mendacium. itaque quo saepius adseuerantioribus credunt, eo fre- 5
quentius a peritioribus arguuntur: sic adnuendi temeritate decepti culpam iudicii transferunt ad incerti querellam, ut damnatis omnibus malint uniuersa suspendere quam de fallacibus iudicare. igitur nobis pro- 6
uidendum est, ne odio itidem sermonum omnium laboremus; ita ut in execrationem et odium hominum plerique simpliciores efferantur, dum incaute creduli circumueniuntur ab iis quos bonos putauerunt, mox errore consimili iam suspectis omnibus ut improbos metuunt etiam quos optimos sentire potuerunt. nos 7
proinde solliciti, quod utrimque omni negotio disseratur et ex altera parte plerumque obscura sit ueritas, ex altera mira subtilitas, quae nonnumquam ubertate dicendi fidem confessae probationis imitetur, diligenter quantum potest singula ponderemus, ut argutias quidem laudare, ea uero quae recta sunt eligere probare suscipere possimus.'

6, 7 *puto* intentione ‖ 7 dilectū **P** ‖ 9 in *addidit Balduinus* | uerisimile **P** ‖ 10 adseuerationibus **P**, *corr. Usenerus* ‖ 11 adnuendi *scripsi:* adsidue **P**, *in quo iam Usenerus ex. gr.* adsentandi *requisiuit* ‖ 12 iudicii *Wowerus:* iudicis **P** ‖ 13 quaerellam **P** | omnibus] opinionibus *Lindnerus* sermonibus omnibus *Maehly; malim* orationibus | mallint **P** ‖ 15 *puto* taedio | itidem *Maehly:* identidem **P** indidem *Dombartus* ‖ 17 dum *scripsi*: nam **P** nam dum *Heumannus* ‖ 18 ab his **P** ‖ 21 in omni neg. *Ursinus* (omni in neg. *Halmius*) de omni neg. *I. I. Cornelissenus* ‖ 22 ex altera *Ursinus:* ex altero latere **P** ex altera lateat *Wowerus* (blateret *Kochius*); *an* ex altera late renideat subt. *?*

15 'Decedis' inquit Caecilius 'officio iudicis religiosi;
nam periniurium est uires te actionis meae inter-
gressu grauissimae disputationis infringere, cum Oc-
tauius integra et inlibata habeat singula, si potest,
2 refutare.' 'id quod criminaris,' inquam, 'in commune,
nisi fallor, conpendium protuli, ut examine scrupuloso
nostram sententiam non eloquentiae tumore, sed rerum
ipsarum soliditate libremus. nec auocanda, quod que-
reris, diutius intentio, cum toto silentio liceat respon-
sionem Ianuari nostri iam gestientis audire.'

16 Et Octauius: 'dicam equidem, ut potero, pro uiribus,
et adnitendum tibi mecum est, ut conuiciorum ama-
rissimam labem uerborum ueracium flumine diluamus.
nec dissimulabo principio ita Natalis mei errantem
uagam lubricam nutasse sententiam, ut sit nobis am-
bigendum, utrum uafritia turbata sit an uacillauerit
2 per errorem. nam interim deos credere, interim se
deliberare uariauit, ut propositionis incerto certior
responsionis nostrae intentio confunderetur. sed in
Natali meo uersutiam nolo noscere: credo, procul est
3 ab eius simplicitate subtilis urbanitas. quid igitur?
ut qui rectam uiam nescit, ubi, ut fit, in plures una
diffinditur, quam uiam instet haeret anxius nec singulas
audet eligere nec uniuersas probare: sic cui non est
ueri stabile iudicium, prout infida suspicio spargitur,
4 ita eius dubia opinio dissipatur. nullum itaque mira-

4 debeat *Wopkensius* ‖ 5 refutare *Heraldus:* reputare **P** ‖ 8 quaereris **P** ‖ 9 tuto silentio *Heumannus* | deceat *Dombartus* ‖ 11 ut potero *Wowerus*, pro uiribus *Heumannus delent; sed hoc ad ingenii, illud ad eloquentiae facultatem spectat, cf.* 14, 3 ‖ 12 conuiciorum *ex* comuitiorum **P** | amarissimorum *Maehly* ‖ 13 flumine *Meursius:* in lumine **P** ‖ 15 *puto* natasse ‖ 16 uafritia *Hauptius:* tua eruditio **P** ‖ 18 *puto* uarians ait (declarauit *Wopkensius*) ‖ 19 confunderetur *Usenerus:* fundaretur **P** (*quo retento* incertior *Ursinus*) ‖ 20 nolo noscere credo *scripsi* (*supra p.* XXVII): nolo non credo **P** ‖ 21 simplicitate *Gelenius:* subtilitate simplicitate **P** ‖ 22 fit *Gelenius:* sit **P** ‖ 23 diffunditur **P**, *corr. Gelenius* | quam *Vahlenus:* quia (a *erasa*) **P** | instet *scripsi:* nescit **P** ineat *Vahlenus* | heret **P**.

culum est, si Caecilius identidem in contrariis ac re-
pugnantibus iactetur aestuet fluctuetur. quod ne fiat
ulterius, conuincam et redarguam quae dicta sunt,
quamuis diuersa sint: una ueritate confirmata probataque
nec dubitandum ei de cetero est nec uagandum. et 5
quoniam meus frater erupit, aegre se ferre stomachari
[indignari] dolere, inliteratos pauperes inperitos de
rebus caelestibus disputare, sciat omnes homines, sine
dilectu aetatis sexus dignitatis, rationis et sensus ca-
paces et habiles procreatos nec fortuna nanctos, sed
natura [insitos] esse sapientiam; quin ipsos etiam
philosophos uel si qui alii artium repertores in me-
morias exierunt, priusquam sollertia mentis parerent
nominis claritatem, habitos esse plebeios indoctos
seminudos: adeo diuites facultatibus suis inligatos
magis aurum suspicere consuesse quam caelum, pro-
stratos pauperes et commentos esse prudenter et tra-
didisse ceteris disciplinas. unde apparet ingenium
non dari facultatibus nec studio parari, sed cum ipsa
mentis formatione generari. nihil itaque indignandum 6
uel dolendum, si quicumque de diuinis quaerat sen-
tentiam proferat, cum non disputantis auctoritas, sed
disputationis ipsius ueritas requiratur. atque etiam,
quo imperitior sermo, hoc inlustrior ratio est, quoniam
non fucatur pompa facundiae et gratia, sed, ut est,

2 aestuet *Meursius:* aestu et **P** ‖ 3 comuincam **P** | redarguam. quamuis diuersa quae dicta sunt una ueritate confirmata prouataq. sint nec **P**, *correxi; apparet scribam a* sunt *ad* sint *aberrantem omisisse uerba* quamuis diuersa sint, *quae in margine addita falso in textum redierint* (quamuis sint diuersa quae dicta sunt *Iac. Gronouius*) ‖ 5 est] erit *Halmius* ‖ 6 stomacari **P**, *cuius interpretamentum* indignari *seclusi* ‖ 11 insitos *seclusi* ‖ 12 philosofos **P** | *malim* memoriam *coll. Lact.* I 22 res tamen in memoriam non exire; *saepius in hoc textu* s *et* m *lineolis scriptae confusae* ‖ 13 exerunt **P** *m. 1, unde* in memoriam se exeruerunt *Usenerus* ‖ 14 claritate **P** *m. 1* ‖ 16 prostratos *scripsi:* nostrates **P** ‖ 17, 18 prudenter — disciplinas *scripsi* (*supra p.* XXVIII): prudentiam — disciplinam **P** ‖ 21 sententiam *Hartelius:* sentiat **P** quae sentiat *Lindnerus* | 25 fugatur **P** | gratia *scripsi:* gratiae **P**.

17 recti regula sustinetur. nec recuso, quod Caecilius
adserere inter praecipua conisus est, hominem nosse
se et circumspicere debere, quid sit, unde sit, quare
sit; utrum elementis concretus an concinnatus atomis,
2 an potius a deo factus formatus animatus. quod ipsum
explorare et eruere sine uniuersitatis inquisitione non
possumus, cum ita cohaerentia conexa concatenata
cuncta sint, ut nisi diuinitatis rationem diligenter ex-
cusseris, nescias humanitatis, nec possis pulchre gerere
rem ciuilem, nisi cognoueris hanc communem omnis
mundi ciuitatem. cum a pecoribus et feris beluis hoc
differamus, quod illa prona in terramque uergentia
nihil nata sunt prospicere nisi pabulum, nos, quibus
uultus erectus, quibus suspectus in caelum datus est
et mens et ratio, per quae deum adgnoscimus senti-
mus initiamus, ignorare nec fas nec licet ingerentem
sese oculis et sensibus nostris caelestem claritatem;
3 sacrilegii enim uel maxime instar est, humi quaerere
quod in sublimi debeas inuenire. quo magis mihi
uidentur qui hunc mundi totius ornatum non diuina
ratione perfectum uolunt, sed frustis quibusdam temere
cohaerentibus conglobatum, mentem sensum oculos
4 denique ipsos non habere. quid enim potest esse tam
apertum, tam confessum tamque perspicuum, cum
oculos in caelum sustuleris et quae sunt infra circa-
que lustraueris, quam esse aliquod numen praestan-
tissimae mentis, quo omnis natura inspiretur moueatur
5 alatur gubernetur? caelum ipsum uide quam late ten-
ditur, quam rapide uoluitur, uel quod in noctem astris

4 aelementis — athomis **P** ‖ 8 cuncta *addidit Kochius* ‖ 10 omnis *scripsi:* omnium **P** (partium *post* mundi *addit Kochius*) ‖ 11 ciuitatem, praecipue cum a feris beluis hoc diff. **P** *et uulgo, in qua scriptura neque nexum cum prioribus causalem agnosco neque uideo quomodo ad* feras beluas *spectare possit* illa prona; *unde quod supra legitur dedi* (pecoribus et *traiectum in* praecipue *mutatum est*) ‖ 13 sunt *Heumannus:* sint **P** ‖ 15 et mens *scripsi* (*supra p.* XXIX): sermo **P** ‖ 16 initiamus *scripsi:* imitamur **P** ‖ 18 maximi *ed. pr.* ‖ 27 moueatur *de glossemate suspectum.*

distinguitur uel quod in diem sole lustratur: iam scies
quam sit in eo summi moderatoris mira et diuina
libratio. uide et annum ut solis ambitus faciat, et
mensem uide ut luna auctu senio labore circumagat.
quid tenebrarum et luminis dicam recursantes uices, 6
ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio? relin-
quenda uero astrologis prolixior de sideribus ratio, uel
quod regant cursum nauigandi uel quod arandi meten-
dique tempus indicant. quae singula non modo ut
crearentur fierent disponerentur, summi opificis et per-
fectae rationis eguerunt, uerum etiam sentiri perspici
intellegi sine summa sollertia et ratione non possunt.
quid, cum ordo temporum ac frugum stabili uarietate 7
distinguitur, nonne auctorem suum parentemque testa-
tur uer aeque cum suis floribus et aestas cum suis
messibus et autumni maturitas grata et hiberni oliuitas
necessaria? qui ordo facile turbaretur, nisi maxima
ratione consisteret. iam prouidentiae quantae, ne 8
hiemps sola glacie duraret aut sola aestas ardore tor-
reret, autumni et ueris inserere medium temperamen-
tum, ut per uestigia sua anni reuertentis occulti et
innoxii transitus laberentur. quicquid arborum est 9
uide quam e terrae uisceribus animatur. uide fontes:
manant uenis perennibus; fluuios intuere: eunt semper
exercitis lapsibus; mari intende: lege litoris stringitur; 10
aspice oceanum: refluit reciprocis aestibus. quid loquar

4 labore] *puto* in orbe ‖ 7 astrologis *m. 1 ex* astrolegis *corr.* **P** | ratio *Hartelius:* oratio **P** ‖ 9 indicant *P. Daniel:* inducant **P** ‖ 11 perspicis (s *alt. erasa*) **P** ‖ 13 ac] hac *ed. pr.*, *delet Usenerus* ‖ 16 hiberna **P**, *correxi coll. c.* 34, 11 ‖ 19 duraret *scripsi:* ureret **P** urgeret *A. Kiesslingius* ‖ 22—27 transitus laberentur (*m. 2 ex* lauerentur *corr.*). mari intende — stringitur. quicquid arborum — animatur. aspice oceanum — aestibus. uide fontes — perennibus. fluuios — lapsibus **P** *turbis eo, ut puto, natis quod uerba* mari intende — stringitur. aspice oceanum — aestibus *aberrante librario a* lapsibus *ad* aestibus *omissa et in margine suppleta in textum male remigrarunt* (*parum probabiliter uerba* mari — stringitur *pro interpolatione rhetorica habet Matzius*).

apte disposita recta montium, uallium flexa, porrecta
camporum? quidue animantium loquar aduersus sese
tutelam multiformem: alias armatas cornibus alias
dentibus saeptas, et fundatas ungulis et spicatas aculeis,
aut pedum celeritate liberas aut elatione pinnarum?
11 ipsa praecipue formae nostrae pulchritudo deum fate-
tur artificem: status rigidus, uultus erectus, in summo
oculi uelut in specula constituti et omnes ceteri sensus
18 uelut in arce compositi. longum est ire per singula.
nihil in homine membrorum est, quod non et necessi-
tatis causa sit et decoris; et quod magis mirum est,
eadem figura omnibus, sed quaedam unicuique linia-
menta deflexa: sic et similes uniuersi uidemur et ite-
2 rum singuli dissimiles inuenimur. quid nascendi ratio?
[quid] cupido generandi nonne a deo data est, et ut
ubera partu maturescente lactescant et ut tener fetus
3 ubertate lactei roris adolescat? nec uniuersitati solum-
modo deus, sed et partibus consulit: Britannia sole
deficitur, sed circumfluentis maris tepore recreatur;
Aegypti siccitatem temperat Nilus amnis; Euphrates
colentes Mesopotamiam pro imbribus pensat; Indus
flumen et serere orientem dicitur et rigare. quomodo,
si ingressus aliquam domum omnia exculta disposita
4 ornata uideris, utique praeesse ei credes dominum et
illis bonis rebus multo esse meliorem: ita in hac
mundi domo cum caelum terramque *perlustrans* per-
spicias prouidentiam ordinem legem, crede esse uni-
uersitatis dominum parentemque ipsis sideribus et

1 erecta *Perizonius* | uallium *Dauisius:* collium **P** || 4 septas **P** || 7, 8 oculi in summo **P**, *traieci, ut* in summo *tam pertineat ad* in specula (*ad obseruandum*) *quam ad* in arce (*ad totum gubernandum*) || 8, 9 sensib; uelud **P** || 9 dispositi *Heumannus* || 13 iterum *scripsi:* inter se **P** || 15 quid *seclusit Usenerus* || 18 bryttania **P** || 20 colet eufrates mesopotamiam **P**, *correxi;* colet *delet male Bursianus* || 22 quomodo *scripsi coll. Cic. d. n. d.* II 5, 15: quod **P** || 24 uideris — credes *scripsi:* uidisses — crederes **P**, *quod per se intolerabile refutat plane Cicero l. l.* || 26 perlustrans *addidit Vahlenus* || 28 siderebus **P** *m. 1.*

totius mundi partibus pulchriorem; ni forte, quoniam 5
de prouidentia nulla dubitatio est, inquirendum putas,
utrum unius imperio an arbitrio plurimorum caeleste
regnum gubernetur; quod ipsum non est multi laboris
aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla uti-
que de caelo. quando umquam regni societas aut cum 6
fide coepit aut sine cruore desiit? omitto Persas de
equorum hinnitu augurantes principatum, et Thebano-
rum fratrum mentitam fabulam transeo. *ob pastorum
et casae regnum de geminis * memoria notissima est.
generi et soceri bella toto orbe diffusa sunt, et tam
magni imperii fortuna duos non cepit. uide cetera: 7
rex unus apibus, dux unus in gregibus, in armentis
rector unus. tu in caelo summam potestatem diuidi
credas et scindi ueri illius ac diuini imperii totam
maiestatem? . . . cum palam sit parentem omnium
deum nec principium habere nec terminum, qui nati-
uitatem omnibus praestet, sibi perpetuitatem, qui ante
mundum fuerit sibi ipse pro mundo: qui uniuersa,
quaecumque sunt, uerbo iubet, ratione dispensat, uir-
tute consummat. hic non uideri potest: uisu clarior 8
est; nec conprendi [potest]: *tactu purior est*; nec aesti-

3 plurium *Guil. Meyerus, recte puto* || 5 a quibus *Halmius; sed terrena imperia esse constituta a deo ad exemplum diuini imperii, et per se est tolerabile et confirmatur ab Athenagora c.* 18 || 7 desiit *Ursinus:* discessit **P**; *cf. Cypriani c.* 5, 2 || 8, 9 Thebanorum frm̄ mentitam (*Stat. Th.* X 876) *scripsi:* thebanorum permortuam **P** Th. par mortuam *Meursius* Th. fratrum intermortuam *Vahlenus; sed neque* mortuam *neque* intermortuam *aptum* || 9, 10 *in uerbis desperatis* transeo pastorum ex casa regnum, nam de geminis *Usenerus*, ob pastorum et casae [*potius* casarum] regnum caesum unum de geminis *Dombartus*, pastorum et casae et ob regnum degeneris gemini *ego lusimus* || 12 duos fortuna **P**, *traiecit Heumannus* || 16 maiestatem *Iac. Gronouius*: potestatem **P**, *quod ex priore ortum apparet; sed dubito an non huius erroris correctio adsit in illo* ac (= al.) diuini *post* ueri *superfluo, ut sit restituendum* ueri illius imperii totam diuinitatem | *lacunae signa posuit Dombartus* || 22 *glossemate* potest *depulsa esse uerba quae in* **P** *desunt* tactu purior est *a Cypriano c.* 5, 5 *suppeditata, intellexerunt Canterus et Ursinus.*

mari: sensibus maior est, infinitus, inmensus et soli
sibi tantus, quantus est, notus. nobis uero ad intel-
lectum pectus angustum est, et ideo sic eum digne
9 aestimamus, dum inaestimabilem dicimus. eloquar
quemadmodum sentio: magnitudinem dei qui se putat
nosse, minuit; qui non uult minuere, non nouit. nec
10 nomen deo quaeras: deus nomen est. illic uocabulis
opus est, cum per singulos propriis appellationum in-
signibus multitudo dirimenda est: deo, qui solus est,
dei uocabulum totum est. quem si patrem dixero,
carnalem opineris, si regem, terrenum suspiceris, si
dominum, intellegas utique mortalem. aufer addita-
11 menta nominum et perspicies eius claritatem. quid
quod omnium de isto habeo consensum? audi uulgus:
cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam 'o
deus' dicunt et 'deus magnus est' et 'deus uerus est'
et 'si deus dederit'. uulgi iste naturalis sermo est an
Christiani confitentis oratio? et qui Iouem principem
uolunt, falluntur in nomine, sed de una potestate con-
19 sentiunt. audi poetas quoque unum patrem diuum
atque hominum praedicantes, et talem esse mortalium
2 mentem qualem parens omnium diem induxerit. quid
Mantuanus Maro? nonne apertius proximius uerius
principio ait caelum ac terras et cetera mundi
membra spiritus intus alit et infusa mens agi-
tat, inde hominum pecudumque genus et quic-
quid aliud animalium? idem alio loco mentem istam
et spiritum deum nominat. haec eius uerba sunt:

2 uero *ex* uerbo *corr.* P ‖ 7 *malim* nomen est sibi ‖ 11 carnalem — terrenum *Wopkensius:* terrenum — carnalem P ‖ 12 intellegis P, *corr. I. I. Cornelissenus* ‖ 14 omnium] *malim* communem | de histo (h *erasa*) P; *an* de h· (= hoc) ipso ? | audi *Vonckius:* audio P ‖ 15, 16 o deus *scripsi ex Cypriani c.* 5, 8: deum P ‖ 16 dm̄ uerus *corr. in* dn̄s uerus (*pro* ds̄ uerus) P ‖ 17 iste — an] *malim* idem — ac *sublato interrogandi signo* ‖ 20 audi *Ursinus:* audio P ‖ 22 induxerit *Dauisius:* duxerit P ‖ 23 Maro *de glossemate suspectum Cornelisseno* ‖ 24 *cf. Aen.* VI 724 *sqq.* ‖ 28 eius uerba *Ursinus:* enim uera P (eĩ *pro* ei') *cf.*

deum namque ire per omnes
terrasque tractusque maris caelumque profundum.
[unde homines et pecudes, unde imber et ignes.]

quid aliud et a nobis deus quam mens et ratio et 3
spiritus praedicatur? recenseamus, si placet, disciplinas
philosophorum: deprehendes eos, etsi sermonibus ua-
rios, ipsis tamen rebus in hanc unam coire et con-
spirare sententiam. omitto illos rudes et ueteres, qui 4
de solis dictis sapientes esse meruerunt. sit Thales
Milesius omnium primus, qui primus omnium de cae-
lestibus disputauit. is autem Milesius Thales rerum
initium aquam dixit, deum autem eam mentem quae
ex aqua cuncta formauerit [eo altior et sublimior
aquae et spiritus ratio, quam ut ab homine poterit
inueniri, a deo traditum]: uides philosophi principalis
nobiscum penitus opinionem consonare. Anaximenes 5
deinceps et post Apolloniates Diogenes aera deum
statuunt infinitum et inmensum: horum quoque similis
de diuinitate consensio est. Anaxagorae rerum di- 6
scriptio et motus, infinitae mentis *opus*, deus dicitur;
et Pythagorae deus est animus per uniuersam rerum
naturam commeans et intentus, ex quo etiam ani-
malium omnium uita capiatur. Xenophanen notum 7
est omne infinitum cum mente deum tradere, et Anti-
sthenen populares deos multos, sed naturalem unum

ad c. 32, 8 ‖ 1 *cf. Georg.* IV 221 *sq.* ‖ 4 *pessime conflatum ex Aen.* I 743 *et Georg.* IV 223 *neque hilum ad rem pertinentem seclusi* ‖ 5 a] ad *ante ras.* P ‖ 6 disciplinam P, *corr. Heumannus* ‖ 7 uariis P, *corr. Halmius* ‖ 10 solis *scripsi:* suis P singulis *Usenerus* ‖ 12 disputabit P *m. 1* | is autem *Vahlenus:* isdem P; *an* is enim ? | Milesius Thales *delet Elmenhorstius* ‖ 14—16 eo [= eho, *ut uidit Rigaltius*] altior — deo traditum *lectoris christiani emblema agnouit I. Fr. Gronouius* ‖ 16 filosophi P ‖ 17 anaxamenes P ‖ 20 rerum *Buherius:* uero P | discriptio *Usenerus:* descriptio P ‖ 21 motus *Meursius:* modus P | opus deus *scripsi:* deus P, *quod ipsum in* opus *mutat Buherius* ‖ 24 capitatur P | xeonfanen P ‖ 25 antistenen P.

praecipuum, Speusippum uim [naturalem] animalem,
8 qua omnia regantur, deum nosse. quid? Democritus,
quamuis atomorum primus inuentor, nonne plerumque
naturam quae imagines fundat et intellegentiam deum
loquitur? Straton quoque et ipse naturam? etiam
Epicurus ille, qui deos aut otiosos fingit aut nullos,
9 naturam tamen superponit. Aristoteles uariat et ad-
signat tamen unam potestatem; nam interim mentem,
mundum interim deum dicit, interim mundo deum
praeficit. Heraclides Ponticus quoque eidem diuinam
10 mentem quamuis uarie adscribit. Theophrastus etiam
uariat, alias mundo, alias menti diuinae tribuens prin-
cipatum. Zenon et Chrysippus et Cleanthes sunt et
ipsi multiformes, sed ad unitatem prouidentiae omnes
reuoluuntur. Cleanthes enim mentem modo atque ani-
mum, modo aethera, plerumque rationem deum disserit.
Zenon, eiusdem magister, naturalem legem diuinam et
aethera interim interdumque rationem uult omnium
esse principium; idem interpretando Iunonem aera,
Iouem caelum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum
et ceteros similiter uulgi deos elementa esse mon-
strando publicum arguit grauiter et reuincit errorem.
11 eadem fere Chrysippus: uim diuinam rationalem na-
turam et mundum, interim et fatalem necessitatem

1 zeuxippus **P**, *corr. Gelenius* | naturalem *dittographum deleuit Dauisius* ‖ 2 nosse; *num* posuisse*?* ‖ 3 athomorum **P** *m. 2* | 4 *suppleuerim ex Cic. d. n. d.* I § 29: fundat et ⟨imagines ipsas et nostram⟩ intellegentiam ‖ 8 uni *Wopkensius* uni summam *Maehly* ‖ 10 *post* praeficit *addit* **P**: aristoles ponticus uariat alias mundo alias menti diuinae tribuens principatum, *quae abiecto illo* aristoles ponticus *in lin.* 12 *post* Theophrastus etiam *transposuit C. Roeren* | eidem (*scil. mundo*) *scripsi:* de deo **P** mundo *Sauppius* ‖ 11 theofrastus et zenon **P**; *cf. ad l.* 10; etiam *pro* et *Vahlenus* ‖ 13 crysippus **P**, *ut et postea* ‖ 15 mentem modo animum **P**, *quod secundum Cic. d. n. d.* I § 37 *sanaui inserendo* atque, *quod* **P** *falso in lin.* 17 *exhibet* ‖ 16 disseruit **P**, *corr. Dauisius* ‖ 17 naturalem legem atque diuinam **P**, *ex quibus* atque *remoui in lin.* 15 (*cf. Cic. l. l.* § 36).

deum credit Zenonemque interpretatione physiologica
in Hesiodi, Homeri Orpheique carminibus imitatur.
Babylonio etiam Diogeni disciplina est exponendi 12
eadem, disserenti Iouis partum et ortum Mineruae et
hoc genus cetera rerum uocabula esse, non deorum.
nam Socraticus Xenophon formam dei uere negat 13
uideri posse et ideo quaeri non oportere, Aristo Stoicus
comprehendi omnino non posse: uterque maiestatem
dei intellegendi desperatione senserunt. Platoni aper-
tior de deo et rebus ipsis et nominibus oratio est et
quae tota esset caelestis, nisi persuasionis ciuilis non-
numquam admixtione sordesceret. Platoni itaque in 14
Timaeo deus est ipso suo numine mundi parens, arti-
fex animae, caelestium terrenorumque fabricator, quem
et inuenire difficile prae nimia et incredibili potestate
et, cum inueneris, in publicum dicere inpossibile prae-
fatur. eadem fere sunt ista, quae nostra sunt; nam 15
et deum nouimus et parentem omnium dicimus et
numquam publice nisi interrogati praedicamus. exposui **20**
opiniones omnium ferme philosophorum, quibus in-
lustrior gloria est, deum unum multis licet designan-
tium nominibus, ut quiuis arbitretur, aut nunc Chri-
stianos philosophos esse aut philosophos fuisse iam
tunc Christianos. quod si prouidentia mundus regitur 2
et unius dei nutu gubernatur, non nos debet antiquitas

1 physiologica *Bursianus:* physo≡sogiae *corr. in* phylologiae **P** ‖ 2 aesiodi homeri orfeique **P** ‖ 3, 4 est exponendi eadem disserenti *scripsi:* est exponendi et disserendi **P** eadem est exponenti et disserenti *Halmius* ‖ 5 cetera *Rigaltius:* ceterarum **P** ‖ 6 nam] iam *Halmius* | xenofon **P** | uere *W. H. Kramerus:* ueri **P** ‖ 7 aristo stonicus **P**, *corr. ed. pr.* (Ariston *mauolt Halmius*); Aristo Chius *Gelenius* ‖ 8 compraehendi **P** | magistatem **P** ‖ 13 ipso suo *ex* ipsuo *corr.* **P** | numine *scripsi:* nomine **P** ‖ 15 inueniris **P** *m. 1* inuenires *m. 2* ‖ 17 fere sunt ista *Halmius:* fere et ista **P**; *equidem malim* fere et ista, quae nos tradimus, sunt ‖ 20 opiones o. f. filosophorum **P** ‖ 21 designantium *scripsi:* designasse **P**; *an* designantes*?* ‖ 22 quiuis] quis *I. I. Cornelissenus* ‖ 23 filosophos *bis* **P**, *ut et p.* 30, 2.

in poetarum fabellis suis delectata uel capta ad erro-
rum de multis diis rapere consensum, cum philoso-
phorum suorum sententiis refellatur, quibus et rationis
3 et uetustatis adsistit auctoritas. maioribus enim nostris
tam facilis in mendaciis fides fuit, ut temere credide-
rint et animalia monstruosa, mera miracula: Scyllam
multiplicem, Chimaeram multiformem et Hydram feli-
cibus uulneribus renascentem et Centauros equos suis
hominibus inplexos; et quicquid famae licet fingere,
4 illis erat libenter audire. quid illas aniles fabulas, de
hominibus aues et feras *factas esse, stellas et lapides,*
arbores atque flores? quae si essent facta, fierent;
5 quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt. similiter
uero heroas ac deos quoque maiores nostri inprouide
creduli, set rudi simplicitate crediderunt: dum reges
suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in
imaginibus uidere, dum gestiunt eorum memorias in
statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant ad-
6 sumpta solacia. denique et antequam commerciis orbis
pateret et antequam gentes ritus suos moresque misce-
rent, unaquaeque natio conditorem suum aut ducem
inclytum aut reginam pudicam sexuue suo fortiorem
aut alicuius muneris uel artis repertorem uenerabatur
aut ciuem bonae memoriae: sic et defunctis praemium
21 et futuris dabatur exemplum. lege historicorum scripta

1 in poetarum *scripsi:* inperitorum P ‖ 1, 2 ad errorem mutui rapere consensus P, *correxi* (*supra p.* XXX) ‖ 5, 6 crediderint etiam alia monstruosa P etiam talia *Vonckius* etiam animalia *Cornelissenus, nos* et āīalia *fecimus ex* etiāalia (et = *etiam*) ‖ 6 mera *Oehlerus:* mira P, *delet ed. pr.* ‖ 7 chimeram P | feralibus *Usenerus* fertilibus *Maehly* ‖ 11 factas esse stellas et lapides *scripsi* (*supra l. l.*): homines et de hominibus P *ex glossa* ‖ 13 non *m. 1 s. l.* P ‖ 14 uero heroas ac deos *scripsi:* ac uero erga deos P | inprouidi P, *corr. Heumannus* ‖ 15 creduli s; (= set) *scripsi:* credulis (s *erasa*) P (*nunc quoque homines inprouide creduli, sed et politi et turpioribus de causis*) ‖ 18 *malim* retinere ‖ 22 sexuue *Heumannus:* sexu P ‖ 24 aut ciuem *Usenerus:* ut ciuem P; *an* ut ciues *?* ‖ 25 historicorum *P. Daniel et Ursinus:* stoicorum P.

uel scripta sapientium: eadem mecum recognosces.
ob merita uirtutis aut muneris deos habitos Euheme-
rus exsequitur et eorum natales patrias sepulcra dinu-
merat et per prouincias monstrat, Dictaei Iouis et
Apollinis Delphici et Phariae Isidis et Cereris Eleu-
siniae. Prodicus adsumpta in deos loquitur, quae [er- 2
rando inuentis nouis frugibus] utilitati hominum pro-
fuerunt. in eandem sententiam et Persaeus philoso-
phatur: dici adnectit inuentas fruges et frugum ipsarum
repertores isdem nominibus, ut comicus sermo est,
Venerem sine Libero et Cerere frigere. Alexander ille 3
magnus Macedo insigni uolumine ad matrem suam
scripsit, metu suae potestatis proditum sibi de diis
hominibus a sacerdote secretum: illic Vulcanum facit
omnium principem, et postea Iouis gentem. Saturnum 4
enim principem huius generis et examinis omnes
scriptores uetustatis Graeci Romanique hominem pro-
diderunt. scit hoc Nepos et Cassius in historia; et
Thallus ac Diodorus hoc loquuntur. is itaque Saturnus 5
Creta profugus Italiam metu filii saeuientis accesserat
et Iani susceptus hospitio rudes illos homines et agre-
stes multa docuit ut Graeculus et politus, litteras
inprimere, nummos signare, instrumenta conficere. ita- 6
que latebram suam, quod tuto latuisset, uocari maluit
Latium, et urbem Saturniam idem de suo nomine et

2 Euhemerus *Gelenius:* erueret P ‖ 4 dicta ei iouis (ei *in* et *corr.*) P ‖ 5 delfices fariae (*in* delfi et pariae *corr. m. 2*) P, *corr. ed. pr.* ‖ 6 prodigus P, *corr. Rigaltius* | adsumpta — quae *scripsi* (*supra p.* XXXII): adsumptos — qui P ‖ 6, 7 errando i. n. frugibus *ut glossema ad* Cereris Eleusiniae *adscriptum seclusi* ‖ 8, 9 perseus filosofatnr P ‖ 9 dici *scripsi:* et ≡ (et *ex* ec *corr.*) P; dici *post* isdem *addit Usenerus,* audisse *ibidem Maehly* ‖ 14 illic *Rigaltius:* illi P ‖ 15 *post* gentem *in* P *secuntur* et despicis isidis ad hirundinem (*p.* 33, 1) *usque ad* cum sit ueritas obuia sed requirentibus (*p.* 36, 8), *quae hinc remota suo loco reddidit Lindnerus; ceterum uereor ne post* gentem *aliquot uocabula perierint* (enim *quo referatur non habet*), *ueluti:* rerum potitam esse, dissentiens a ceteris auctoribus ‖ 18 et (*alterum*) *delere uolt Halmius* ‖ 25 idem *Usenerus:* dedit P indito *Dombartus.*

Ianiculum Ianus, ad memoriam uterque posteritatis,
7 reliquerunt. homo igitur utique qui fugit, homo uti-
que qui latuit, et pater hominis et natus ex homine;
Terrae enim uel Caeli filius, quod apud Italos esset
ignotis parentibus proditus *uel repentino aduenisset, est*
dictus; ut in hodiernum inopinato uisos caelo missos,
8 ignobiles et ignotos terrae filios nominamus. eius
filius Iuppiter Cretae excluso parente regnauit, illic
obiit, illic filios habuit: adhuc antrum Iouis uisitur et
sepulcrum eius ostenditur, et ipsis sacris suis huma-
9 nitatis arguitur. otiosum est ire per singulos et totam
seriem generis istius explicare, cum in primis paren-
tibus probata mortalitas in ceteros ipso ordine suc-
cessionis influxerit, nisi forte post mortem deos fingitis,
ut perierante Proculo deus Romulus et Iuba Mauris
uolentibus deus est et diui ceteri reges, qui consecran-
tur non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritae
10 potestatis. inuitis his denique hoc nomen adscribitur:
optant in homine perseuerare, fieri se deos metuunt,
etsi iam senes nolunt. ergo nec de mortuis dii, quon-
iam deus mori non potest, nec dii nati sunt, quoniam
moritur omne quod nascitur; diuinum autem id est,
11 quod nec ortum habet nec occasum. cur enim, si nati
sunt, non hodieque nascuntur? nisi forte iam Iuppiter
senuit et partus in Iunone defecit et Minerua canuit
antequam peperit. an ideo cessauit ista generatio,
quoniam nulla huiusmodi fabulis praebetur adsensio?
12 ceterum si dii creare possent, interire non possent,
plures totis hominibus deos haberemus, ut iam eos
nec caelum contineret nec aer caperet nec terra ge-
staret. unde manifestum est homines illos fuisse, quos

4 uel] et *ed. pr.* ‖ 5, 6 uel repentino aduenisset est dictus *addidi* (*supra p.* XXXII) ‖ 8 craete **P** ‖ 15 ut *Meursius:* et **P** | iuua **P** ‖ 21 potest *Wowerus:* posset **P** | nec dii nati s̄ (= sunt) *scripsi:* nec de natis **P** ‖ 27 quoniam] *malim* quod iam ‖ 28 creare possint **P**, *corr. Gelenius, nisi quod* creari *maluit* ‖ 30 aera **P**.

et natos legimus et mortuos scimus. [et despicis Isidis
ad hirundinem, sistrum, et adsparsis membris inanem
tui Serapidis siue Osiris tumulum.] considera denique 22
sacra ipsa et ipsa mysteria: inuenies exitus tristes,
fata et funera et luctus atque planctus miserorum
deorum. Isis perditum filium cum Cynocephalo suo
et caluis sacerdotibus luget plangit anquirit, et Isiaci
miseri caedunt pectora et dolorem infelicissimae matris
imitantur: mox inuento paruulo gaudet Isis, exultant
sacerdotes, Cynocephalus inuentor gloriatur, nec de-
sinunt annis omnibus uel perdere quod inueniunt uel
inuenire quod perdunt. nonne ridiculum est uel lugere 2
quod colas uel colere quod lugeas? haec tamen
Aegyptia quondam sacra nunc et Romana sunt. Ceres
facibus accensis et serpente currui iuncta Erebo sub-
reptam et corruptam Liberam anxia et sollicita uesti-
gat: haec sunt Eleusinia. et quae Iouis sacra sunt? 3
nutrix capella est et auido patri subtrahitur infans,
ne uoretur, et Corybantum cymbalis, ne pater audiat
uagitus, tinitus eliditur. Cybelae Dindyma pudet dicere, 4
quae adulterum suum infeliciter placitum, quoniam
ipsa et deformis et uetula, ut multorum deorum mater,
ad stuprum inlicere non poterat, exsecuit, ut deum
scilicet faceret et eunuchum. propter hanc fabulam
eam et Galli semiuiri sui corporis supplicio colunt.

1—3 *uerba* et despicis Isidis — Osiris tumulum *fragmentum esse puto additamenti, quod lector christianus in summa margine ex alio scriptore ad sequentem de Iside narrationem adiecerat* (*genuina fortasse forma haec erat:* . . . . Isidis ad hirundinem et de spicis sistrum et ad sparsis membris inanem siue S. siue O. tumulum) ‖ 6 cynecefalo **P**, *ut et postea* ‖ 7 anquirit *Halmius:* inquirit **P** ‖ 14 quondam nunc et sacra romana **P**, *traieci* ‖ 15 serpente currui iuncta (ab) Erebo *scripsi in Fleckeis. ann.* 1872 *p.* 632: serpente circumdata errore **P** (circumlata *ed. pr.*) ‖ 20 tinitus *ego* (tinnitus *Gelenius*): initus **P** | cybele **P** ‖ 22 ipsa et *Heumannus:* et ipsa **P** ‖ 24 faceret et eunuchum **P** *ita ut erasum sit* et, *quod* (= etiam) *hic minime incommodum* ‖ 25 eam et Galli (*siue* et Galli eam) *scripsi:* Galli eam et **P** et *delet Heumannus.*

5 haec iam non sunt sacra, tormenta sunt. quid? formae
ipsae et habitus nonne arguunt ludibria et dedecora
deorum uestrorum? Vulcanus claudus deus et debilis,
Apollo tot aetatibus leuis, Aesculapius bene barbatus,
etsi semper adulescentis Apollinis filius, Neptunus
glaucis oculis, Minerua caesiis, bubulis Iuno, pedibus
Mercurius alatis, Pan ungulatis, Saturnus compeditis.
Ianus uero frontes duas gestat, quasi et auersus in-
terim incedat. Diana uenatrix est alte succincta et
Ephesia mammis multis et uberibus exstructa et Triuia
6 trinis capitibus et multis manibus horrifica. quid ipse
Iuppiter uester? modo inberbis statuitur, modo bar-
batus; et cum Hammon locatur, habet cornua, et cum
Capitolinus, tunc gerit fulmina, et cum Latiaris, cruore
perfunditur, et cum Feretrius, corona induitur. et ne
longius multos Ioues obeam, tot sunt Iouis monstra
7 quot nomina. Erigone suspensa de laqueo est, ut uirgo
inter astra agnita sit, Castores alternis moriuntur ut
uiuant, Aesculapius ut in deum surgat fulminatur,

2 decora **P**, *corr. Gelenius* ‖ 3 *glossemate* claudus deus *eiecto malim* pede debilis (deus *solum eicit Wowerus*) ‖ 8, 9 auersus incedat. Diana interim est alte succincta uenatrix et ephesia **P**; *in sua loca reieci importuna nunc uocabula* interim *et* uenatrix (et aduersus et auersus incedat *Kochius*) ‖ 10 uberibus *Ursinus:* ueribus **P** | tribia **P** ‖ 12 inbarbis *ex* -uis *corr.* **P** ‖ 12, 13 modo barbatus locatur. et cum hammon dicitur habet **P**; locatur (*quod delet Heumannus*) *correcturam habeo illius falso scripti* dicitur, *quod absonum est* (cum Hammon dicitur, gerit fulmina!) ‖ 15 corona induitur *temptaui:* non auditur **P** opimis induitur *I. Fr. Gronouius; ceterae coniecturae aut absonae aut Iouis Feretrii in statua speciem neglegunt* ‖ 15, 16 *malim* ne longius [multos Ioues] abeam (obeam *sine addito* sermone *uel* oratione *obscurum*) ‖ 16 Iouis *delet Sauppius* ‖ 17 quod **P** | *post* nomina *aberrante librario a* nomina *ad* numina *intercidisse puto uerba a Cypriano* 1, 3 *suppeditata:* et uideamus an sit et haec apud singulos ueritas. Melicertes et Leucothea praecipitantur in maria et fiunt postmodum maris numina ‖ 18 agnita *scripsi:* ignata **P** ignita *uulgo otiosissimo epitheto; sequitur Min. eam fabulae formam, qua Bacchus corrupit Erigonen* (*Ouid. met.* VI 125).

Hercules ut hominem exuat Oetaeis ignibus concre-
matur. has fabulas et errores et ab inperitis parenti- 23
bus discimus et, quod est grauius, ipsi studiis et
disciplinis elaboramus, carminibus praecipue poetarum,
qui plurimum quantum ueritati ipsi sua auctoritate
nocuerunt. et Plato ideo praeclare Homerum illum 2
inclytum laudatum et coronatum de ciuitate, quam in
sermone instituebat, eiecit. hic enim praecipuus bello 3
Troico deos uestros, etsi ludos facit, tamen [in] ho-
minum rebus et actibus miscuit, hic eorum paria com-
posuit, sauciauit Venerem, Martem uinxit uulnerauit
fugauit. Iouem narrat Briareo liberatum, ne a diis 4
ceteris ligaretur, et Sarpedonem filium, quoniam morti
non poterat eripere, cruentis imbribus fleuisse et loro
Veneris inlectum flagrantius quam in adulteras soleat
cum Iunone uxore concumbere. alibi Hercules stercora 5
egerit et Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti
uero muros Neptunus constituit, nec mercedem operis
infelix structor accipit. illic *Vulcanus* Iouis fulmen sub 6
Aetnae antris in incude fabricatur, cum caelum et ful-
mina et fulgura longe ante fuerint, quam Iuppiter in
Creta nasceretur, et flammas ueri fulminis nec Cyclops
potuerit imitari nec ipse Iuppiter non uereri. quid 7

1 Oetaeis] henneis **P** ‖ 3 ipsis studiis **P**, *corr. Meursius* ‖ 5 ipsa sua *Heraldus* ‖ 7, 8 in sermone *glossema uidetur: aut* quam instituebat *aut* quam in dialogo (*siue* ratione) instituit *expecto* ‖ 9 in *seclusit Usenerus* (*an* inmiscuit h. r. e. a., hic *?*) ‖ 11 Martem *ed pr.:* matrem **P** ‖ 14 fleuisse *Gelenius:* fleuit **P** | loro *Heraldus:* thoro **P** ‖ 16 alibi] *num* Augei (*quae forma est usitatior*)*? certe mirum est ad unum hoc Herculis exemplum ab Homero alienum praemisso* alibi *adiungi alia apud hunc extantia: uidetur docta lectoris antiqui adnotatio esse et depulisse recepta id quod Admetus et Laomedon sequentes requirunt* (Augeae *ante* egerit *inserit I. I. Cornelissenus*) ‖ 18 constituit *scripsi:* instituit **P** instruit *Heusingerus* ‖ 19 accepit **P**, *corr. Gelenius* | Vulcanus *addidit Ursinus; nisi forte sub* illic *latet* | sub Aetnae antris *scripsi:* cum aeneae armis **P** *ex importuna librarii recordatione, cum de uno Ioue agatur in sequentibus* ‖ 22 cyclobś **P**.

loquar Martis et Veneris adulterium deprehensum et
in Ganymede Iouis stuprum caelo consecratum? quae
omnia in hoc prodita, ut uitiis hominum quaedam
8 auctoritas pararetur. his atque huiusmodi figmentis
et mendaciis dulcioribus corrumpuntur ingenia puero-
rum et isdem fabulis inhaerentibus adusque summum
aetatis robur adolescunt et in isdem opinionibus miseri
consenescunt, cum sit ueritas obuia, sed requirentibus.
9 quis ergo dubitat, deorum imagines consecratas uulgus
orare et publice colere, dum opinio et mens imperi-
torum artis concinnitate decipitur, auri fulgore prae-
stringitur, argenti nitore et candore eboris hebetatur?
10 quodsi in animum quis inducat, tormentis quibus et
quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet
timere se materiem ab artifice, ut deum faceret, in-
11 lisam. deus enim ligneus, rogi fortasse uel infelicis
stipitis portio, suspenditur [caeditur] dolatur runcina-
12 tur; et deus aereus uel argenteus de immundo uasculo,
ut accepimus factum Aegyptio regi, conflatur, tunditur
malleis et *in* incudibus figuratur; et lapideus *deus*
caeditur, scalpitur et ab impurato homine leuigatur
nec sentit suae natiuitatis iniuriam, ita ut nec postea
de uestra ueneratione culturam. nisi forte nondum
deus saxum est uel lignum uel argentum. quando
13 igitur hic nascitur? ecce funditur fabricatur sculpitur:
nondum deus est; ecce plumbatur construitur erigitur:
nec adhuc deus est; ecce ornatur consecratur oratur:
tunc postremo deus est, cum homo illum uoluit et
24 dedicauit. quam acute uero de diis uestris animalia

2 ganimeden P, *corr. Kochius* ‖ 3 ut ui≡≡tiis P ‖ 4 hiis P ‖ 6 summum *I. I. Cornelissenus:* summae P ‖ 9 dōrum (= deorum) *scripsi:* horum P hominum *Halmius* ‖ 14 ≡ erubescet t. se materiē ≡ (ē *in ras.*) P ‖ 15, 16 inlusam P, *correxi* | lingeus P ‖ 17 caeditur *eius quod sequitur* dolatur *interpretamentum seclusi* ‖ 18 ereus P ‖ 19 accepimus *Vonckius:* saepius P ‖ 20 in *addidit Meursius* | deus *addidit Vahlenus* ‖ 24 *malim* deus est saxum uel ‖ 28 uouit *Meursius* coluit *Dauisius*; *fortasse* posuit ‖ 29 quam acute uero *scripsi:* quanta uero P quanto uerius *Ursinus*.

muta naturaliter iudicant! mures hirundines milui non
sentire eos sciunt: rodunt inculcant insident ac, nisi
abigatis, in ipso dei uestri ore nidificant; araneae uero
faciem eius intexunt et de ipso capite sua fila suspen-
dunt. uos tergetis mundatis eraditis et illos, quos 2
facitis et protegitis, timetis, dum unusquisque uestrum
non cogitat prius se debere deum nosse quam colere,
dum inconsulte gestiunt parentibus oboedire, dum fieri
malunt alieni erroris accessio quam sibi credere, dum
nihil ex his quae timent norunt. sic in auro et
argento auaritia consecrata est, sic statuarum inanium
consignata forma, sic nata Romana superstitio. quo-
rum ritus si percenseas, ridenda quam multa, *quam
multa* etiam miseranda sunt! nudi cruda hieme discur- 3
runt, alii incedunt pilleati, scuta uetera circumferunt,
pelles caedunt, mendicantes uicatim deos ducunt; quae-
dam fana semel anno adire permittunt, quaedam in
totum nefas uisere; est quo uiro non licet itus, non-
nulla absque feminis sacra sunt, etiam seruo quibus-
dam caerimoniis interesse piaculare flagitium est; alia
sacra coronat uniuira, alia multiuira, et magna reli-
gione conquiritur quae plura possit adulteria *quam
partus* numerare. quid, qui sanguine suo libat et 4
uulneribus suis supplicat, non profanus melius esset
quam sic religiosus? aut cui testa sunt obscena
demessa, quo modo deum placat qui hoc modo uiolat,
cum si eunuchos deus uellet, posset procreare [non
facere]? quis non intellegat male sanos et uanae et 5

1 naturaliter *delet Heumannus* ‖ 2 rodunt *Wowerus:* norunt P ‖ 6 facitis protegitis et timetis P, *traiecit Meursius* ‖ 9 mallunt P ‖ 12, 13 quorum] *malim* quoius ‖ 13, 14 quam multa *addidit Heumannus* ‖ 14, 15 discurrunt alii, alii incedunt *idem; equidem* alii *abiecerim* ‖ 16 uicatim *Gelenius:* uicantes P ‖ 18 itus (it’) *scripsi:* et P *delet Gelenius* ‖ 22, 23 quam partus *addidit Vahlenus coll. Lact.* I 17 ‖ 24 nonne *idem* ‖ 25 testa *Gelenius:* exta P ‖ 26 placat — uiolat *scripsi:* uiolat — placat P (non uiolat — placat *Perizonius*) ‖ 27, 28 non facere *seclusit Sauppius*.

perditae mentis in ista decidere et ipsam errantium
turbam mutua sibi patrocinia praestare? sic defensio
25 communis furoris est furentium multitudo. at tamen
ista ipsa superstitio Romanis dedit auxit fundauit
imperium, cum non tam uirtute quam religione et
pietate pollerent. nimirum insignis et nobilis iustitia
Romana ab ipsis imperii nascentis incunabulis auspi-
2 cata est. nonne in ortu suo sunt scelere collecti et
muniti immanitatis suae terrore creuerunt? nam asylo
prima plebs congregata est: confluxerant perditi, faci-
nerosi, incesti, sicarii, proditores; et ut ipse Romulus
imperator et rector populum suum facinore praecelleret,
parricidium fecit. haec prima sunt auspicia religiosae
3 ciuitatis. mox alienas uirgines [iam desponsatas] iam
destinatas et nonnullas de matrimonio mulierculas sine
more rapuit uiolauit inlusit et cum earum parentibus,
id est cum soceris suis, bellum miscuit, propinquum
sanguinem fudit. quid inreligiosius, quid audacius,
4 quid ipsa sceleris confidentia astutius? iam finitimos
agro pellere, ciuitates proximas euertere cum templis
et altaribus, captos cogere, damnis alienis et suis
sceleribus adolescere cum Romulo regibus ceteris et
5 post reipublicae ducibus disciplina communis est. ita
quicquid Romani tenent colunt possident, audaciae
praeda est: templa omnia de manubiis, id est de ruinis
urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum.
hoc insultare et inludere est, uictis religionibus seruire,
captiuas eas post uictorias adorare. nam adorare quae
manu ceperis, sacrilegium est consecrare, non numina.
6 totiens ergo Romanis inpiatum est quotiens trium-

1 decidere *scripsi:* desipere **P** ‖ 2 sic *Wopkensius:* hic **P** ‖ 4 ausit **P** ‖ 7 inperii **P** ‖ 8 s̄t (= sunt) *scripsi:* et **P** ‖ 14 uirginis **P** | iam desponsatas *seclusit Usenerus* ‖ 19 astutius *scripsi:* tutius **P** turpius *Dombartus* taetrius *Halmius* ‖ 23 post reip. *scripsi:* postremis **P** posteris *Dauisius* post reges *Wopkensius* ‖ 28 *malim* captiuos deos (est uictis religionibus, non seruire *Kochius*) ‖ 29 *malim* est sacrilegium.

phatum, tot de diis spolia quot de gentibus sunt
tropaea. igitur Romani non ideo tanti, quod religiosi,
sed quod inpune sacrilegi. neque enim potuerunt in 7
ipsis bellis deos adiutores habere, aduersus quos arma
rapuerant, sed quos prostrauerant, detriumphatos co-
lere coeperunt. quid autem isti dii pro Romanis pos-
sunt, qui nihil pro suis aduersus eorum arma ualuerunt?
Romanorum enim uernaculos deos nouimus: Romuli
sunt Picus, Tiberinus et Consus et Pilumnus ac Vo-
lumnus dii; Cloacinam Tatius et inuenit et coluit; 8
Pauorem Hostilius atque Pallorem; mox a nescio quo
Febris dedicata: haec alumna urbis istius superstitio,
morbi et malae ualetudines. sane et Acca Laurentia
et Flora, meretrices propudiosae, inter morbos Roma-
norum et deos computandae. isti scilicet aduersus 9
ceteros, qui in gentibus colebantur, Romanorum im-
perium protulerunt; neque enim eos aduersum suos
homines uel Mars Thracius uel Iuppiter Creticus uel
Iuno nunc Argiua nunc Samia nunc Poena uel Diana
Taurica uel Mater Idaea uel Aegyptia illa non nu-
mina sed portenta iuuerunt. nisi forte apud istos 10
maior castitas uirginum aut religio sanctior sacer-
dotum, cum paene in rudibus uirginibus et quae in-
consultius se uiris miscuissent, Vesta sane sciente, sit
incestum uindicatum, in residuis inpunitatem fecerit
non castitas tutior, sed inpudicitia felicior. ubi autem 11

1 quod de **P** ‖ 1, 2 gentibus et tropea (-phea *m. 2*) **P**, *corr. Halmius* ‖ 5 rapuerunt et quos (*corr. m. 1 ex* quod) **P**, *corr. idem* | postulauerant **P**, *corr. Dombartus* ‖ 8 Romuli s̄ (= sunt) *scripsi supra p.* XXXIII*:* Romulus **P** ‖ 9 teuerinus **P** ‖ 9, 10 Volumnus *Rigaltius:* polumnus **P** ‖ 13 laurentia **P**; *cf. Fleckeis. ann.* 1885 *p.* 777 ‖ 14 inter probra *Heumannus* ‖ 19 uel Diana *Gelenius:* nunc diana **P** ‖ 20 tauriga **P** | idea **P** ‖ 21 sed et portenta (et *erasum*) **P** ‖ 23 rudibus *scripsi:* pluribus **P** *inepte,* inpuberibus *Kochius* ‖ 24 Vesta sane nesciente **P**; *deleui* ne *dittographum, ut summa cum inrisione in punitis quidem uirginibus nescire culpam nequiisse Vesta dicatur* ‖ 26 *malim* non castitas felicior, sed inp. tutior.

magis [a sacerdotibus] quam inter aras et delubra
condicuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria me-
ditantur? frequentius denique in aedituorum cellulis
quam in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur.
12 et tamen ante eos deo dispensante diu regna tenuerunt
Assyrii, Medi, Persae, Graeci etiam et Aegyptii, cum
pontifices et aruales et salios et uestales et augures
non haberent nec pullos cauea reclusos, quorum cibo
26 uel fastidio res publica summa regeretur. iam enim
uenio ad illa auspicia et auguria Romana, quae summo
labore collecta testatus es et paenitenter omissa et
2 obseruata feliciter. Clodius scilicet et Flaminius et
Iunius ideo exercitus perdiderunt, quod pullorum soli-
3 stimum tripudium exspectandum non putauerunt. quid
Regulus? nonne auguria seruauit et captus est? Man-
cinus religionem tenuit: et sub iugum missus est et
deditus. pullos edaces habuit et Paulus: apud Cannas
tamen cum maiore populi Romani parte prostratus
4 est. Gaius Caesar, ne ante brumam in Africam nauigia
transmitteret auguriis et auspiciis retinentibus, spreuit:
5 eo facilius et nauigauit et uicit. quae uero et quanta
de oraculis persequar? post mortem Amphiaraus uen-
tura respondit, qui proditum iri se ob monile ab uxore
nesciuit. Tiresias [caecus] futura uidebat, qui prae-
6 sentia non uidebat. de Pyrrho Ennius Apollinis Pythi
responsa confincxit, cum iam Apollo uersus facere
desisset; cuius tunc cautum illud et ambiguum defecit
oraculum, cum et politiores homines et minus creduli
esse coeperunt. et Demosthenes, quod sciret responsa

1 a sacerdotibus *seclusit Sauppius* | interras P *m. 1* ‖ 2 conducuntur P, *corr. Ursinus* ‖ 8 ciuo P *m. 1* ‖ 11 es *Gelenius:* est P | penitenter P ‖ 12 Claudius *Meursius* ‖ 13, 14 sollemnisimum P, *corr. Gelenius* ‖ 15 arguria P ‖ 18 populi Romani *P. Daniel:* reip. P ‖ 20 renitentibus P, *corr. Ursinus* | sprẹuit P ‖ 20, 21 *puto* spreuit ea: facilius ‖ 22 prosequar P, *correxi* ‖ 23 proditum iri se *ex* prodituis rise *corr.* P ‖ 24 ire sias P | caecus *seclusit Dauisius; an* aeque *?* ‖ 25 phyrro P | pyti P.

simulata, φιλιππίζειν Pythiam querebatur. at non- 7
numquam tamen ueritatem uel auspicia uel oracula
tetigerunt. quamquam inter multa mendacia uideri
possit industriam casus imitatus, adgrediar tamen
fontem ipsum erroris et prauitatis, unde omnis caligo
ista manauit, et altius eruere et aperire manifestius.
spiritus sunt insinceri, uagi, a caelesti uigore terrenis
labibus et cupiditatibus degrauati. isti igitur spiritus, 8
posteaquam simplicitatem substantiae suae onusti et
inmersi uitiis perdiderunt, ad solacium calamitatis
suae non desinunt perditi iam perdere et deprauati
errorem prauitatis infundere et alienati a deo inductis
prauis religionibus ab eo segregare. eos spiritus dae- 9
monas esse poetae sciunt, philosophi disserunt, Socrates
nouit, qui ad nutum et arbitrium adsidentis sibi dae-
monis uel declinabat negotia uel petebat. magi quo- 10
que non tantum sciunt daemonas, sed etiam quicquid
miraculi ludunt, per daemonas faciunt: illis adspiranti-
bus et infundentibus praestigias edunt, uel quae non
sunt uideri uel quae sunt non uideri. eorum magorum 11
et eloquio et negotio primus Ostanes et uerum deum
conspici posse negans merita maiestate prosequitur et
angelos, id est ministros et nuntios, dei sede teneri
eiusque uenerationi nouit adsistere, ut et nutu ipso et
uultu domini territi contremescant. idem etiam dae-
monas prodidit terrenos, uagos, humanitatis inimicos.
quid? Plato, qui inuenire deum negotium credidit, 12

1 philippi zaeno phytiam quaerebatur P ‖ 7 insingeri P | et uagi *Ursinus ex Cypr.* 3, 8 ‖ 8 lauibus P *m. 1* ‖ 11 iam *delet Ursinus* (*nec habet Cypr.*); *malim* desinunt iam p. p. ‖ 13 ab eo *Vonckius:* a deo P ‖ 16 appetebat *P. Daniel* gerebat *Heumannus* ‖ 18 miraculis *P. Daniel* ‖ 19 edunt et efficiunt *Vahlenus*, faciunt *post* non uideri *Iensius; cf. supra p.* V *not.* ‖ 20 magnorum P *m. 1* ‖ 21 sosthenes P, *unde litterula* s *dittographa abiecta feci potius* Ostanes, *quam formam habet Cyprianus;* Hostanes *Gelenius* ‖ 22 conspici posse negans *addidi ex Cypr.* 4, 2 ‖ 23 sede teneri *scripsi* (*supra p.* XXXIII): sed et ueri (et *erasum*) P ‖ 27 inuenire *m. 1 ex* ·iri *corr.* P.

nonne et angelos sine negotio narrat et daemonas?
et in Symposio suo etiam naturam daemonum expri-
mere conititur? uult enim esse substantiam inter mor-
talem inmortalemque, id est inter corpus et spiritum
mediam, terreni ponderis et caelestis leuitatis ad-
mixtione concretam, ex qua Erotem etiam [Eros pro
cupidine amoris] dicit et formari et inlabi pectoribus
humanis et sensum mouere et adfectus fingere et
27 ardorem cupiditatis infundere. isti igitur impuri spiri-
tus [daemones], ut ostensum magis et philosophis [et
a Platone], sub statuis et imaginibus consecratis de-
litiscunt et adflatu suo auctoritatem quasi praesentis
numinis consequuntur, dum inseruntur interim uatibus,
cum fanis inmorantur, dum nonnumquam extorum
fibras animant, auium uolatus gubernant, sortes regunt,
oracula efficiunt falsis pluribus inuol*uentes pauca* uera.
2 nam et falluntur et fallunt, ut et nescientes sinceram
ueritatem et, quam sciunt, in perditionem sui non
confitentes. sic a caelo deorsum grauant et a deo uero
ad materias auocant, uitam turbant, somnos inquietant,
inrepentes etiam corporibus occulte ut spiritus tenues
morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent,
ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium uel rogis

2 suo etiam *scripsi:* etiam suo P ‖ 5 laeuitatis P ‖ 6 Erotem *scripsi:* monet P manet e. in nos porro cupido *Meursius* | Eros *Dombartus:* nos P ‖ 6, 7 procupidinem P, *corr. Sauppius; totum colon Dombarto et Sauppio praeeuntibus seclusi* ‖ 7 dicit et formari et inlabi *scripsi:* et dicit in formari et labi P *solita in hoc textu traiectione* (inlabi *solum iam Gelenius*) ‖ 10 daemones *seclusit Ursinus* | ostensum magis a philosophis P, *corr. Usenerus, qui* et a Platone *seclusit* (ac *pro* et *maluit Dombartus*) ‖ 11 consecrati P, *corr. Balduinus* ‖ 13 inseruntur *scripsi:* inspirantur P inspirant i. uates *Dombartus* ‖ 14 cum *idem:* dum P ‖ 16 inuoluentes pauca uera *scripsi:* inuoluta P uera inuoluunt *Usenerus; probabilior mendi origo in mea lectione, siquidem aberrando factum est* inuoluera, *dein* inuoluta ‖ 17 ut *m. 1 s. l.* P ‖ 20 ad materiam *Ouzelius; equidem secluserim* | somnos *Ursinus:* omnes P ‖ 21 occultae P ‖ 22 *malim* inpingunt ‖ 23 alterium P *m. 1* ‖ rogis *scripsi ex Cypr.* 4, 4: hostiis (*ex* -tis *corr.*)

pecudum saginati, remissis quae constrinxerant, curasse
uideantur. his enthei, furentes quos in publicum uidetis 3
excurrere uates; et ipso absque templo sic insaniunt,
sic bacchantur, sic rotantur: par et in illis instigatio
daemonis, sed argumentum dispar furoris. de ipsis 4
etiam illa, quae paulo ante tibi dicta sunt, ut Iuppiter
ludos repeteret ex somnio, ut cum equis Castores
uiderentur, ut cingulum matronae nauicula sequeretur.
haec omnia sciunt pleraque pars uestrum ipsos dae- 5
monas de semet confiteri, quotiens a nobis tormentis
uerborum et orationis incendiis de corporibus exigun-
tur. ipse Saturnus et Serapis et Iuppiter et quicquid 6
daemonum colitis uicti dolore quod sunt eloquuntur;
nec utique in turpitudinem sui, nonnullis praesertim
uestrum adsistentibus, mentiuntur. ipsis testibus, esse 7
eos daemonas, credite fassis; adiurati enim per deum
uerum et solum inuiti miseri corporibus inhorrescunt
et uel exiliunt statim uel euanescunt gradatim, prout
fides patientis adiuuat aut gratia curantis adspirat.
sic Christianos de proximo fugitant, quos longe a
coetibus per uos lacessant. ideo inserti mentibus im- 8
peritorum odium nostri serunt occulte per timorem;
naturale est enim et odisse quem timeas et quem
oderis infestare, si possis. sic occupant animos et
obstruunt pectora, ut ante nos incipiant homines odisse

P, *dum librarius id quode inter scribendum cogitauit exarat;* bustis *I. I. Cornelissenus* ‖ 1 remissis *in* -sius *corr. m. 2* P ‖ 2 his enthei *scripsi:* hisunt et P hinc sunt et *Dauisius* ‖ 3 ipso *scripsi:* ipsi P ‖ 4 uacchantur P *m. 1* ‖ 9 plerique pars P, *corr. Dauisius* | ipso (-sos *m. 2*) d. de semet ipsos (-sis *m. 2*) P, *a qua manus 1 lectione ita profectus sum ut* ipsos *restituerem pro* ipso, *cuius est correctura* ‖ 16 fassis *anonymus:* fessis P *m. 1, cui eraso* de se uerum confitentibus *suprascr. m. 2* ‖ 17 miseris *Gelenius; equidem pro* inuiti *malim* initis (*Cypr.* 4, 7 de obsessis corporibus) ‖ 20, 21 a coetibus p. u. lacessant *Vahlenus coll. Lact.* IV 27 *in.:* in coetibus p. u. lacessebant P ‖ 23 timens (n *punctata*) P ‖ 24 oderis *Freinshemius:* metueris P | infestares si P *m. 1.*

quam nosse, ne cognitos aut imitari possint aut dam-
28 nare non possint. quam autem inicum sit, *de* in-
cognitis et inexploratis iudicare, quod facitis, nobis
2 ipsis paenitentibus credite. et nos enim idem fecimus
et eadem uobiscum quondam adhuc caeci et hebetes
sentiebamus, quasi Christiani monstra colerent, infan-
tes uorarent, conuiuia incesta miscerent; nec intelle-
gebamus, uerbis fabulas istas semper uentilari et num-
quam uel inuestigari uel probari, nec tanto tempore
aliquem exisse, rem qui proderet, non tantum facti
ueniam, uerum etiam indicii gratiam consecuturum;
malum autem adeo non esse, *esse* ut Christianum reus
nec erubesceret nec timeret et unum solummodo, quod
3 non ante fateretur, paeniteret. nos tamen cum sacri-
legos aliquos et incestos, parricidas etiam defendendos
et tuendos suscipiebamus, hos neç audiendos in totum
putabamus, nonnumquam etiam miserantes eorum cru-
delius saeuiebamus, ut torqueremus confitentes ad
negandum, uidelicet ne perirent, exercentes in his
peruersam quaestionem, non quae uerum erueret, sed
4 quae mendacium cogeret. et si qui infirmior malo
pressus et uictus Christianum se negasset, fauebamus
ei, quasi eierato nomine iam omnia facta sua illa
5 negatione purgaret. adgnoscitisne eadem nos sensisse
et gessisse, quae *uos* sentitis et geritis? cum si ratio,
non instigatio daemonis iudicaret, *essent* urguendi

2 de *addidit Carrio* ‖ 4 penitentibus P | fecimus *Wopkensius:* fuimus P, *quod alienis defendit Kochius* ‖ 5 haebet see es (sēē *expunctum*) P ‖ 8 ūbis (= uerbis) *scripsi:* ab his P *delet Heumannus* aniles *Usenerus* ‖ 10 exisse rē *scripsi:* existere P extitisse *Halmius* existere potuisse *Kochius* ‖ 12 adeo non esse ut christianus reus P, *correxi* (ut christianus reus esse *Usenerus*) ‖ 13 solumodo P ‖ 14 fateret' *scripsi:* fuerit P *ineptissime, quasi ante accusationem non fuerit christianus* | peneteret P ‖ 15 aliquos] *an* aliquando *?* ‖ 19 perient P ‖ 22 praessus P ‖ 25 gessisse *anonymus Parisinus:* egisse P (egisse — agitis *Heumannus*) | uos *addidit I. I. Cornelissenus* ‖ 26 essent *addidit Cellarius.*

magis, non ut diffiterentur se Christianos, sed ut de
incestis stupris, de inpiatis sacris, de infantibus im-
molatis faterentur. his enim et huiusmodi fabulis 6
idem daemones ad execrationem horroris imperitorum
aures aduersus nos referserant. nec tamen mirum
omissum, cum fama, quae semper insparsis mendaciis
alitur, ostensa ueritate consumitur. sic est nec otium 7
daemonum; ab ipsis enim rumor falsus et seritur et
fouetur. inde est quod audire te dicis, caput asini rem
nobis esse diuinam. quis tam stultus, ut hoc colat?
quis stultior, ut hoc coli credat? nisi quod uos et
totos asinos in stabulis cum Vesta uel Epona con-
secratis et eosdem [asinos] cum Iside religiose deco-
ratis; item boum capita et capita ueruecum et immo-
latis et colitis, de capro etiam et homine mixtos deos
et leonum et canum uultu deos dedicatis. nonne et 8
Apin bouem cum Aegyptiis adoratis et pascitis? nec
eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodillis,
beluis ceteris [et auibus et piscibus], quorum aliquem
deum si quis occiderit, etiam capite punitur. idem 9
Aegyptii cum plerisque uobis non magis Isidem quam
ceparum acrimonias metuunt, nec Serapidem magis
quam strepitus per pudenda corporis expressos con-
tremescunt. etiam ille, qui de adoratis sacerdotis uiri- 10
libus aduersum nos fabulatur, temptat in nos conferre
quae sua sunt. istae enim inpudicitiae eorum forsitan

4 execrationis horrorem P, *correxi supra p.* XXVI ‖ 5 referserunt P, *corr. Vahlenus* ‖ 5, 6 mirum omissum (*scil. urguere Christianos ut de fabulis obiectis faterentur*) cum *scripsi:* mirum cum omnium P m. cum hominum *Rigaltius* m. quoniam *Vahlenus* m. cum omnino *Maehly* ‖ 7 sic est] sit et *I. Fr. Gronouius* | nec otium *scripsi:* negotium P ‖ 12 Vesta uel *Iac. Gronouius:* uestra uel P uestra uel sua *Rigaltius* uestra bella *Heinsius* ‖ 13 asinos *seclusi* ‖ 13, 14 decoratis *Rigaltius:* deuoratis P adoratis *Heinsius* ‖ 14 uerbecum P *m. 1* ‖ 16 uultu *Gelenius:* uultus P ‖ 17 apen P *corr. Halmius* (Apim *uulgo*) ‖ 19 et auibus et piscibus *seclusit Kochius* ‖ 21 uobis *Ursinus:* uobiscum P uostrum *Bursianus* ‖ 26 istae *Kochius:* ista P | inpudicitiae] ci *s. l. m. 1* P.

sacra sint, apud quos sexus omnis membris omnibus
prostat, apud quos tota inpudicitia uocatur urbanitas,
qui scortorum licentiae inuident, qui medios uiros
lambunt, libidinoso ore inguinibus inhaerescunt, ho-
mines malae linguae etiam si tacerent, quos prius
11 taedescit inpudicitiae suae quam pudescit. pro nefas!
id in se mali facinoris admittunt, quod nec aetas
29 potest pati mollior nec cogi seruitus durior. haec et
huiusmodi propudia nobis non licet nec audire, etiam
pluribus turpe defendere est; ea enim de castis fingitis
et pudicis, quae fieri non crederemus, nisi de uobis
2 probaretis. nam quod religioni nostrae hominem
noxium et crucem eius adscribitis, longe de uicinia
ueritatis erratis, qui putatis deum credi aut meruisse
3 noxium aut potuisse terrenum. ne ille miserabilis,
cuius in homine mortali spes omnis innititur; totum
enim eius auxilium cum extincto homine finitur.
4 Aegyptii sane hominem sibi quem colant eligunt: illum
unum propitiant, illum de omnibus consulunt, illi
uictimas caedunt. at ille, qui ceteris deus, sibi certe
homo est, uelit nolit; nec enim conscientiam suam
5 decipit, si fallit alienam. etiam principibus et regibus,
non ut magnis et electis uiris, sicut fas est, sed ut
deis turpiter adulatio falsa blanditur, cum et praeclaro
uiro honor uerius et optimo amor dulcius praebeatur:
sic eorum numen inuocant, ad imagines supplicant,
genium id est daemonem rei implorant; et est eis
tutius per Iouis genium peierare quam regis. cruces
6 etiam nec colimus nec optamus. uos sane, qui ligneos
deos consecratis, cruces ligneas ut deorum uestrorum
7 partes forsitan adoratis. nam et signa ipsa et cantabra
et uexilla castrorum quid aliud quam inauratae cruces

6 tedescit P ‖ 10 *malim* defendere turpe ‖ 15 nec ille P ‖ 20 at *Vahlenus:* et P ‖ 21 conscentiam P ‖ 23, 24 ut de eis P ‖ 26 inuocant *Gelenius:* uocant P ‖ 27 rei *scripsi:* eius P eorum *Vahlenus* (id est daemonem eius *delet Wowerus*) ‖ 29 sane *Maehly:* plane P.

sunt et ornatae? tropaea uestra uictricia non tantum
simplicis crucis faciem, uerum et adfixi hominis imi-
tantur. signum sane crucis naturaliter uisimus in 8
naui, cum uelis tumentibus uehitur, cum expansis
palmulis labitur; et cum erigitur iugum, crucis signum
est, et cum homo porrectis manibus deum pura mente
ueneratur. ita signo crucis aut ratio naturalis inni-
titur aut uestra religio formatur. illum iam uelim 30
conuenire, qui initiari nos dicit aut credit de caede
infantis et sanguine. putas posse fieri, ut tam molle,
tam paruulum corpus fata uulnerum capiat? ut quis-
quam illum rudem sanguinem nouelli hominis caedat
fundat exhauriat? nemo hoc potest credere nisi qui
possit audere. uos enim uideo et uixdum procreatos 2
filios nunc feris et auibus exponere, nunc adstrangu-
latos misero mortis genere elidere; sunt quae in ipsis
uisceribus medicaminibus epotis originem futuri homi-
nis extinguant et parricidium faciant, antequam pariant.
et haec utique de deorum uestrorum disciplina descen- 3
dunt. nam Saturnus filios suos non exposuit, sed
uorauit; merito ei in nonnullis Africae partibus a
parentibus infantes immolabantur, blanditiis et osculo
comprimente uagitum, ne flebilis hostia immolaretur.
Tauris etiam Ponticis et Aegyptio Busiridi ritus fuit 4
hospites immolare, et Mercurio Gallis humanas uel
inhumanas uictimas caedere, Romanis Graecum et
Graecam, Gallum et Gallam sacrificio uiuentes obruere;
hodieque ab ipsis Latiaris Iuppiter homicidio colitur

1 tropea P ‖ 5 crucis signum est *delet Vonckius* ‖ 12 nouelli et uixdum hominis P; *cf. ad l.* 14 | caedat *num sanum?* eliciat *Kochius* ‖ 13 exauriat P ‖ 14 audire P, *corr. Gelenius* | uideo procreatos P; *hic inserui uerba in lin.* 12 *extantia* et (= *etiam*) uixdum (modo procreatos *Heinsius*) ‖ 17 et potis P (*pro* ecpotis ?) ‖ 21 ei *Gelenius:* et P ‖ 22 immolaetur P, *corr. Ursinus* ‖ 25 Gallis *Wopkensius:* Gallos P ‖ 25, 26 uel inhumanas *delere uolt Halmius* ‖ 26 cedere P | romani P, *corr. Vonckius* ‖ 27 sacrificii P, *corr. Wowerus* (sacrificiis *Rigaltius* sacrificii loco *Halmius*).

et, quod Saturni filio dignum est, mali et noxii ho-
5 minis sanguine saginatur. ipsum credo docuisse sangui-
nis foedere coniurare Catilinam et Bellonam sacrum
suum haustu humani cruoris imbuere et comitialem
morbum hominis sanguine, id est morbo grauiore,
6 sanare. non dissimiles ei qui de harena feras deuorant
inlitas et infectas cruore uel membris hominis et
uiscere saginatas. nobis homicidium nec uidere fas
nec audire, tantumque ab uorando sanguine cauemus,
ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noueri-
31 mus. et de incesto conuiuio fabulam grandem aduer-
sum nos daemonum coitio mentita est, ut gloriam
pudicitiae deformis infamiae aspersione macularet, ut
ante exploratam ueritatem homines a nobis terrore in-
2 fandae opinionis auerteret. sic de isto et tuus Fronto
non ut adfirmator testimonium fecit, sed conuicium ut
orator adspersit; haec enim potius de uestris gentibus
3 nata sunt. ius est apud Persas misceri cum matribus,
Aegyptiis et Atheniensibus cum sororibus legitima
conubia; memoriae et tragoediae uestrae incestis glo-
riantur, quae uos libenter et legitis et auditis. sic et
deos colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore
4 coniunctos. merito igitur incestum penes uos saepe
deprehenditur, semper admittitur. etiam nescientes,
miseri, potestis in inlicita proruere, cum Venerem pro-
misce spargitis: dum passim liberos seritis, dum etiam
domi natos alienae misericordiae frequenter exponitis,

3 uellonam P ‖ 4 austu P ‖ 6 ei *scripsi:* et P ‖ 7 infectas *ed. pr.:* infactus P ‖ 8 uideret (t *erasa*) P; *an* uiderest fas ? ‖ 9 nec audire *delet Heumannus* | ab uorando (ūando) *scripsi:* ab humano P a contamine sanguinis *I. I. Cornelissenus* ‖ 10 in cibis *delet Bernaysius* ‖ 12 demonum cotio (contio *m. 2*) P, *corr. Ursinus* ‖ 13 aspersione *Wowerus:* auersione P ‖ 15 fronto *ex* fronte, adfirmator *ex* adfirmor *m. 1 corr.* P ‖ 16 conuitium P ‖ 19 Atheniensibus *Wowerus:* athenis P ‖ 20 conubia *ex* conbuia P | memoriae] comoediae *Ursinus; malim* mimi ‖ 21 quae *scripsi:* quas P ‖ 25 cum *scripsi:* dum P ‖ 25, 26 promisces (s *erasa*) P.

necesse est uos in sorores incurrere, in filias iner-
rare. sic incesti fabulam nectitis, etiam cum conscien-
tiam non habetis. at nos pudorem non facie, sed 5
mente praestamus: unius matrimonii uinculo libenter
inhaeremus, cupiditate procreandi aut unam scimus
aut nullam. conuiuia non tantum pudica colimus sed
et sobria; nec enim indulgemus epulis aut conuiuium
mero ducimus, sed grauitate hilaritatem temperamus
casto sermone, corpore castiore; plerique inuiolati
corporis uirginitate perpetua fruuntur potius quam
gloriantur; tantum denique abest incesti cupido, ut
nonnullis rubori sit etiam pudica coniunctio. nec de 6
ultima statim plebe consistimus, si honores uestros et
purpuras recusamus; nec factiosi sumus, si omnes
unum bonum sapimus eadem congregati quiete qua
singuli, nec in angulis garruli, si audire nos publice
aut erubescitis aut timetis. et quod in dies noster 7
numerus augetur, non est crimen erroris, sed testi-
monium laudis; nam in pulcro genere uiuendi et
praestanti et perseuerat suus et adcrescit alienus. sic 8
nos denique non notaculo corporis, ut putatis, sed
innocentiae ac modestiae signo facile dinoscimus; sic
nos mutuo, quod doletis, amore diligimus, quoniam
odisse non nouimus; sic nos, quod inuidetis, fratres
uocamus ut unius dei parentis homines, ut consortes
fidei, ut spei coheredes. uos enim nec inuicem ad-
gnoscitis et in mutua odia saeuitis, nec fratres uos
nisi sane ad parricidium recognoscitis. putatis autem 32

1 uos in sorores *scripsi:* in uestros P | incurrere *Pricaeus:* recurrere P | filias *Perizonius:* filios P; *Heumannus sic locum scribit* uos uestras incurrere in filias, in sorores ‖ 5 cupiditatem *Heraldus male* | *fortasse* unā noscimus ‖ 6 *malim* iam conuiuia ‖ 7 aepulis P ‖ 9 *fortasse* plerique immo inuiolati ‖ 14 factiosi *Heraldus:* fastidiosi P ‖ 17 noster *Heumannus:* nostri P ‖ 20 praestanti *scripsi:* praestat P perstat *Gelenius male* ‖ 21 notaculo] nota occulta *Ursinus* ‖ 23 nos *addidit Halmius* ‖ 25 dei *delet Heumannus* | homines *corruptum;* omnes *Cellarius, malim* soboles ‖ 26, 27 agnoscitis P *m. 2.*

nos occultare quod colimus, si delubra et aras non
habemus? quod enim simulacrum deo fingam, cum,
si recte existimem, sit dei homo ipse simulacrum?
templum quod ei extruam, cum totus hic mundus eius
2 opera fabricatus eum capere non possit? et cum homo
latius maneam, intra unam aediculam uim tantae
maiestatis includam? nonne melius in nostra dedican-
dus est mente, in nostro immo consecrandus est pec-
tore? hostias et uictimas deo offeram, quas in usum
mei protulit, ut reiciam ei suum munus? ingratum
est, cum sit litabilis hostia bonus animus et pura
3 mens et sincera conscientia. igitur qui innocentiam
colit, deo supplicat, qui iustitiam, deo libat, qui frau-
dibus abstinet, propitiat deum, qui hominem periculo
4 subripit, *deo* opimam uictimam caedit. haec nostra
sacrificia, haec dei sacra sunt: sic apud nos religiosior
est ille qui iustior. at enim quem colimus deum nec
ostendimus nec uidemus. immo ex hoc deum credimus,
quod eum sentire possumus, uidere non possumus.
in operibus enim eius et in mundi omnibus motibus
uirtutem eius semper praesentem aspicimus, cum tonat
5 fulgurat fulminat, cum serenat. nec mireris, si deum
non uides: uento et flatibus omnia impelluntur uibran-
tur agitantur et sub oculis tamen non uenit uentus
et flatus. in solem adeo, qui uidendi omnibus causa
est, uidere non possumus: radiis acies submouetur,
obtutus intuentis hebetatur et, si diutius inspicias,
6 omnis uisus extinguitur. quid? ipsum solis artificem,
illum luminis fontem, possis sustinere, cum te ab eius
fulgoribus auertas, a fulminibus abscondas? deum
oculis carnalibus uis uidere, cum ipsam animam tuam,
qua uiuificaris et loqueris, nec aspicere possis nec

3 existimes **P**, *correxi* ‖ 5 opera *scripsi:* opere **P** ‖ 9 et uictimas dō *s. l. m. 1* **P** ‖ 10, 11 ingratum est *delet Heumannus* ‖ 12 conscientia *Ursinus:* sententia **P** ‖ 15 deo *addidit Vahlenus* | opimam *Gelenius:* optimam **P** ‖ 22 nec mereris **P** ‖ 24 oculos *Heumannus* ‖ 25 in sole **P**, *corr. Cellarius.*

tenere? sed enim deus actum hominis ignorat et in 7
caelo constitutus non potest aut omnes obire aut sin-
gulos nosse. erras, o homo, et falleris. unde enim
deus longe est, cum omnia caelestia terrenaque et
quae extra istam orbis prouinciam sunt deo conditore
plena sint? ubique non tantum nobis proximus, sed
infusus est. in solem adeo rursus intende: caelo ad- 8
fixus, sed terris omnibus sparsus est pariter, praesens
ubique interest et miscetur omnibus, nusquam eius
claritudo uiolatur. quanto magis deus auctor omnium 9
ac speculator omnium, a quo nullum potest esse secre-
tum, tenebris interest, interest cogitationibus nostris
quasi alteris tenebris! non tantum sub illo agimus,
sed et cum illo, [ut] prope dixerim, uiuimus. nec 33
nobis de nostra frequentia blandimur: multi nobis
uidemur, sed deo admodum pauci sumus. nos gentes
nationesque distinguimus: deo una domus est mundus
hic totus. reges statum regni sui per officia ministro-
rum diuersa nouerunt: deo indiciis opus non est: non
solum in oculis eius, sed in sinu uiuimus. sed Iudaeis 2
nihil profuit, quod unum et ipsi deum aris atque
templis maxima superstitione coluerunt. ignorantia
laberis, si priorum aut oblitus aut inscius posteriorum
recordaris. nam et ipsi deum nostrum (idem enim 3
omnium deus est) *ualidum et potentem senserunt.*
quamdiu enim eum caste, innoxie religioseque colu-
erunt, quamdiu praeceptis salubribus obtemperauerunt,
de paucis innumeri facti, de egentibus diuites, de ser-

5 conditore *scripsi:* cognita **P**, *quod pessime defendunt, delet Ursinus;* cuncta *P. Daniel* ‖ 7 in sole **P**, *corr. Gelenius* | celo **P** ‖ 9 eius] eĩ **P**, *hoc est* enim, *qua de re errat Halmius* (eius = ei') ‖ 14 ut *seclusit Ursinus; an* una? ‖ 15 blandiamur **P**, *correxi* ‖ 18 statum *Meursius:* tam̃ **P** ‖ 19 diuersa *Meursius:* uniuersa **P** ‖ 19, 20 non in solum oculis eĩ (= enim) sed in in (in *erasum*) sinu **P**, *unde* non solum in oculis eius (ei') *recte uulgo effecere; Halmius* non enim solum *praeter necessitatem in asyndeto explicatiuo* ‖ 20 iudeis **P** ‖ 25 ualidum et potentem senserunt *addidi coll. c.* 10, 4 (experti sunt *Halmius*).

uientibus reges; modici multos, inermi armatos, dum
fugiunt insequentes, dei iussu et elementis adnitenti-
4 bus obruerunt. scripta eorum relege uel, ut transea-
mus ueteres, Flaui Iosephi uel, si Romanis magis
gaudes, Antoni Iuliani de Iudaeis require: iam scies,
nequitia sua hanc eos meruisse fortunam, nec quid-
quam accidisse quod non sit iis, si in contumacia per-
5 seuerarent, ante praedictum. ita prius eos deseruisse
conprehendes quam esse desertos nec, ut impie lo-
queris, cum deo suo captos, sed a deo ut disciplinae
34 transfugas deditos. ceterum de incendio mundi, aut
inprouisum ignem cadere aut deficiente *aqua*, non
2 credere uulgaris erroris est. quis enim sapientium
dubitat, quis ignorat, omnia quae orta sunt occidere,
quae facta sunt interire? caelum quoque cum omnibus
quae caelo continentur, ita ut coepit, si desierit fon-
tium dulcis aqua astra nutrire, in uim ignis abiturum,
Stoicis constans opinio est, quod consumto umore
3 mundus hic omnis ignescat. et Epicureis de elemen-
torum conflagratione et mundi ruina eadem sententia
4 est. ipsa loquitur Plato: partes orbis nunc inundari
dicit, nunc alternis uicibus ardescere; et cum ipsum
mundum perpetuum et insolubilem disserit esse fabri-

3, 4 relege uel si romanis magis gaudes (*ex* -dis) ut transeamus ueteres flaui iosepi (*ex* iosaepi) uel antonini (*in* -ii *corr.*) iuliani **P**, *praeeunte Lindnero traieci et ex* antonini *remota syllaba dittographa restitui sollemnem Minucio formam genetiui* (Flaui Iosephi uel *eicit Dauisius*) ‖ 6, 7 quicquam **P** *corr.* ‖ 7 iis *Heumannus:* his **P** ‖ 9 conpraehendes **P**; deprehendes *Heumannus* ‖ 12 deficiente aqua *temptaui:* difficile **P** dissilire *Iac. Gronouius* dissici illo *Oehlerus* dirui illum *Halmius; inprobabilia praestat tacere* ‖ 16 coepit si desierit *Dombartus:* coepisse desinere **P** ‖ 17 astra (*uel* aera) *scripsi:* maria **P** ‖ 20, 21 eadem ipsa sententia est. loquitur Plato **P**; *traieci* ipsa; *nam* ipse *saepius apud Minucium ualet* hic ipse *siue* idem, *si ad proxime praecedentia refertur:* 1, 4; 9, 3; 11, 7; 27, 4; 30, 4 *et* 5 (*unde tamen* 4, 4, *ubi quo spectetur non praecedit, non defenditur*) ‖ 21 inundare **P**, *corr. Wopkensius* ‖ 23 disserit *scripsi:* diceret **P**.

catum, addit tamen, ipsi artifici deo soli et solubilem
esse et mortalem. ita nihil mirum est, si ista moles 5
ab eo, quo exstructa est, destruatur. [animaduertis
philosophos eadem disputare quae dicimus, non quod
nos simus eorum uestigia subsecuti, sed quod illi de
diuinis praedictionibus profetarum umbram interpola-
tae ueritatis imitati sint.] sic etiam condicionem 6
renascendi sapientium clariores, Pythagoras primus et
praecipuus Plato, corrupta et dimidiata fide tradide-
runt; nam corporibus dissolutis solas animas uolunt
et perpetuo manere et in alia noua corpora saepius
commeare. addunt istis et illa ad detorquendam ueri- 7
tatem, in pecudes aues beluas hominum animas redire.
non philosophi sane studio, sed mimi conuicio digna
ista sententia est; sed ad propositum satis est, etiam 8
in hoc sapientes uestros in aliquem modum nobiscum
consonare. ceterum quis tam stultus aut brutus est, 9
ut audeat repugnare, hominem a deo, ut primum po-
tuisse fingi, ita posse denuo reformari; [nihil esse
post obitum, et ante ortum nihil fuisse;] sicut de
nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari; porro
difficilius esse, id quod non sit incipere quam id quod
fuerit iterare? tu perire et deo credis, si quid oculis 10
nostris hebetibus subtrahitur? corpus omne siue arescit
in puluerem siue in umorem soluitur uel in cinerem
comprimitur uel in nidorem tenuatur, subducitur nobis,
sed deo elementorum custodi reseruatur. nec, ut cre-
ditis, ullum damnum sepulturae timemus, sed ueterem
et meliorem consuetudinem humandi frequentamus.

2 esse et *Wowerus:* et esse **P** ‖ 3 *an* quoi? ‖ 3—7 *uerba* animaduertis — imitati sint *Tertulliano digniora quam Minucio, qui eandem sententiam iam suo more expressit, ut emblema lectoris christiani seclusi* ‖ 4 filosofos **P** ‖ 6 praedicationibus **P**, *corr. Gelenius* ‖ 8 pytagoras **P** ‖ 12 retorquendam **P**, *corr. Balduinus* ‖ 13 abes ueluas **P** *m. 1* ‖ 14 mimico uitio **P**, *corr. Ursinus* ‖ 19, 20 nihil esse — nihil fuisse *seclusit Heumannus* ‖ 21 licuit *num eiciendum?* ‖ 22 esse *Dombartus:* est **P** ‖ 25 humorem **P** *corr.* ‖ 26 nidore **P** ‖ 27 custodia **P**, *corr. Wowerus.*

11 uide adeo, quam in solacium nostri resurrectionem
futuram omnis natura meditetur. sol se mergit et
nascitur, astra labuntur et redeunt, flores occidunt et
reuiuescunt, post senium arbusta frondescunt, semina
nonnisi corrupta reuirescunt. ita corpus in sepulcro,
ut arbores in hiberno: occultant uirorem ariditate
12 mentita. quid festinas, ut cruda adhuc hieme reui-
uescat et redeat? expectandum nobis etiam corporis
uer est. nec ignoro plerosque conscientia meritorum
nihil se esse post mortem magis optare quam credere;
malunt enim extingui penitus quam ad supplicia re-
parari. quorum error augetur [et] in saeculo libertate
permissa et dei patientia maxima, cuius quanto iudi-
35 cium tardum, tanto magis iustum est. et tamen ad-
monentur homines doctissimorum libris et carminibus
poetarum illius inferi fluminis et [de Stygia palude]
saepius ambientis ardoris [quae cruciatibus aeternis
praeparata et daemonum indiciis et de oraculis pro-
2 fetarum cognita tradiderunt]. et ideo apud eos etiam
ipse rex Iuppiter per torrentes ripas et atram uora-
ginem iurat religiose; destinatam enim sibi cum suis
3 cultoribus poenam praescius perhorrescit. nec tormen-
tis aut modus ullus aut terminus. illic sapiens ignis
membra urit et reficit, carpit et nutrit. sicut ignes
fulminum corpora tangunt nec absumunt, sicut ignes
Aetnaei [montis] et Vesuini [montis] et ardentium

2 se mergit *Heumannus:* demergit P ‖ 3 renascitur *Halmius* | redunt P *m. 1* ‖ 5 sepulcro *Heumannus:* saeculo P ‖ 11 suplicia P ‖ 12 et *seclusit Wowerus* ‖ 13 permissa *scripsi:* remissa P ‖ 15 libris *ed. pr.:* liris P ‖ 16 inferi *scripsi:* ignei P | de Stygia palude *seclusit Dauisius* ‖ 17 inferos saepientis ardoris *Usenerus; mihi quoque glossemate* d. S. p. *depulsum uidetur aliquod uocabulum, ex. gr.* manes saepius amb. ardoris ‖ 17—19 *uerba* quae cruciatibus — cognita tradiderunt *lectoris christiani emblema seclusi* ‖ 18 iudiciis P ‖ 21 destinata P ‖ 26 Aetnaei *Oehlerus:* hennei P Aetnae *uulgo* | montis *seclusit Ursinus* | Vesuini *ego:* lesui P Vesuui *uulgo* Vesui *Lindnerus* | montis *seclusit Wopkensius.*

ubique terrarum flagrant nec erogantur: ita poenale
illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed
inexesa corporum laceratione nutritur. eos autem 4
merito torqueri, qui deum nesciunt, ut impios, ut
iniustos, nisi profanus nemo deliberat, cum parentem
omnium et omnium dominum non minoris sceleris sit
ignorare quam laedere. et quamquam inperitia dei 5
sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad ueniam,
tamen . . . . si uobiscum Christiani comparemur,
quamuis in nonnullis disciplina nostra minor est,
multo tamen uobis meliores deprehendemur. uos enim 6
adulteria prohibetis et facitis, nos uxoribus nostris
solummodo uiri nascimur; uos scelera admissa punitis,
apud nos et cogitare peccare est; uos conscios timetis,
nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non pos-
sumus; denique de uestro numero carceres aestuant,
Christianus ibi nullus nisi aut reus suae religionis
aut profugus. nec de fato quisquam aut solacium **36**
captet aut excuset euentum. sit sors fortunae, mens
tamen libera est; et ideo actus hominis, non dignitas
iudicatur. quid enim aliud est fatum quam quod de 2
unoquoque nostrum deus fatus est? qui cum possit
praescire materiam, pro meritis et qualitatibus singu-
lorum etiam fata determinat. ita in nobis non geni-
tura plectitur, sed ingenii natura punitur. ac de fato
satis sumus locuti pro tempore, disputaturi alias et
uberius et plenius. ceterum quod plerique pauperes 3
dicimur, non est infamia nostra, sed gloria; animus
enim ut luxu soluitur, ita frugalitate firmatur. et 4

3 inexaesa P ‖ 6 *post* minoris *rasura in* P ‖ 7 ledere P ‖ 9 *lacunae signa posui: haud pauca interciderunt* ‖ 10 minor] m *s. l., an m. 1 incertum,* P ‖ 13 solumodo P *m. 1* ‖ 16 carcer exaestuat P, *corr. I. I. Cornelissenus coll. Tert. apol.* 44 ‖ 19 sors *Heumannus:* sortis P ‖ 20 dignitas] natiuitas *Ferrerius* ‖ 22 fatus *Sabaeus:* fatum P ‖ 23 materiam] meritum (-ta) *Heynius* futura *Heumannus; an* mentem*?* ‖ 26 sumus locuti *scripsi:* uel si pauca P ‖ 27 uberius *Meursius:* uerius P.

tamen qui potest pauper esse qui non eget, qui non
inhiat alieno, qui deo diues est? magis pauper ille
est, qui cum multa habeat, plura desiderat tamen.
5 dicam quemadmodum sentio: nemo tam pauper potest
esse quam natus est. aues sine patrimonio uiuunt et
in diem pascuntur. et haec pascua nobis tamen nata
sunt, qui omnia, si non concupiscimus, possidemus.
6 igitur ut qui uiam terit eo felicior quo leuior incedit,
ita beatior in hoc itinere uiuendi, qui paupertate se
7 subleuat, non sub diuitiarum onere suspirat. et tamen
facultates, si utiles putaremus, a deo posceremus: uti-
que indulgere posset aliquantum, cuius est totum.
sed nos contemnere malumus opes quam contingere:
innocentiam magis cupimus, magis patientiam flagita-
mus, malumus nos bonos esse quam prodigos. et
quod corporis humani uitia sentimus et patimur, non
8 est poena, militia est. fortitudo enim *in* infirmitati-
bus roboratur et calamitas saepius disciplina uirtutis
est. uires denique et mentis et corporis sine laboris
exercitatione torpescunt. omnes adeo uestri uiri fortes,
quos in exemplum praedicatis, aerumnis suis inclyti
9 floruerunt. itaque et nobis deus nec non potest sub-
uenire nec despicit, cum sit et omnium rector et
amator suorum, sed [in] aduersis unumquemque ex-
plorat et examinat, ingenium singulorum periculis
pensitat, usque ad extremam mortem uoluntatem ho-
minis sciscitatur, nihil sibi posse perire securus. ita-
que ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur.
37 quam pulchrum spectaculum deo, cum Christianus cum
dolore congreditur, cum aduersum minas et supplicia

3 qui *Wowerus:* quis **P** ‖ 3, 4 tamen dicam *scripsi:* dicam tamen **P** ‖ 6 in diem pascua pascuntur et haec nobis tamen **P**; pascua, *quod delet Ursinus, in* pecua *mutat Gelenius, post* haec *traieci* ‖ 7 qui *Perizonius:* quae **P** ‖ 8 felicior] *nonne* pernicior? ‖ 9 itineri **P** *m. 1* ‖ 13 continere **P**, *corr. Oehlerus* ‖ 16 humana **P**, *corr. Heumannus* ‖ 17 in *addidit Ursinus* ‖ 24 in *seclusit Heumannus; an latet* tñ = tamen?

et tormenta componitur, cum strepitum mortis et
horrorem inridens carnifici se inculcat, cum libertatem
suam aduersus reges et principes erigit, *cum* soli deo
cuius est cedit, cum triumphator et uictor ipsi qui
aduersum se sententiam dixit insultat! uicit enim qui
quod contendit obtinuit. quis non miles sub oculis 2
imperatoris audacius periculum prouocet? nemo enim
praemium percipit ante experimentum. et imperator
tamen quod non habet, non dat: non potest propagare
uitam, potest honestare militiam. at enim dei miles 3
nec in dolore deseritur nec morte finitur. sic Chri-
stianus miser uideri potest, non potest inueniri. uos
ipsi calamitosos uiros fertis ad caelum, *ut* Mucium
Scaeuolam, qui, cum errasset in rege, perisset in ho-
stibus, nisi dexteram perdidisset. at quot ex nostris, 4
non dextram solum uri, sed totum corpus cremari sine
ullis eiulatibus pertulerunt, cum dimitti praesertim
haberent in sua potestate! uiros cum Mucio uel cum
Aquilio aut Regulo comparo? pueri et mulierculae 5
nostrae cruces et tormenta, feras et omnes supplicio-
rum terriculas inspirata patientia doloris inludunt.
nec intellegitis, o miseri, neminem esse qui aut sine 6
ratione uelit poenam subire aut tormenta sine deo
possit sustinere: nisi forte uos decipit, quod deum 7
nescientes diuitiis afluant, honoribus floreant, polleant
potestatibus. miseri in hoc altius tolluntur, ut deci-
dant altius. hi enim ut uictimae ad supplicium sagi-
nantur, ut hostiae ad poenam coronantur. in hoc adeo
quidam imperiis ac dominationibus eriguntur, ut

1, 2 mortis et horrorem carnificis inripiens (*hoc corr. Gelenius*) inculcat **P**, *correxi* (se inc., *ultro se offert minis suppliciis tormentis*) ‖ 3 cum *addidi* ‖ 5 insultat *ed. pr.:* stultat **P** ‖ 10 ad enim **P** *m. 1* ‖ 13 ut *addidit Heumannus* ‖ 14 sceuolam **P** | rege *Heumannus:* regem **P** ‖ 15 at *ego:* et **P** ‖ 16 dextram solum sed totum corpus uri cremari **P**; uri *traiecit Heumannus* ‖ 17 dismitti **P** ‖ 24 possit *ed. pr.:* posse **P** ‖ 27 hi enim] *an* etenim?

ingenitum furorem perditae mentis licentiae potestatis
8 libere nundinentur. absque enim notitia dei quae potest
esse solida felicitas? cum mors subit, somnio similis,
9 antequam tenetur, elabitur. rex es: sed tam times
quam timeris et, quamlibet sis multo comitatu stipatus, ad periculum tamen solus es. diues es: sed fortunae male creditur et magno uiatico breue uitae iter
10 non instruitur, sed oneratur. fascibus et purpuris gloriaris: uanus error hominis et inanis cultus dignitatis, fulgere purpura, mente sordescere. nobilitate generosus es, parentes tuos laudas: omnes tamen pari sorte
11 nascimur, sola uirtute distinguimur. nos igitur, qui moribus et pudore censemur, merito malis uoluptatibus et pompis et spectaculis uestris abstinemus, quorum et de sacris originem nouimus et noxia blandimenta damnamus. nam in ludis currulibus quis non horreat populi in se rixantis insaniam? in gladiatoriis homi-
12 cidii disciplinam? in scenicis etiam non minor furor et turpitudo prolixior; nunc enim mimus uel exponit adulteria uel monstrat, nunc eneruis histrio amorem dum fingit, infigit; idem deos uestros inducendo stupra suspiria odia dedecorat, idem simulatis doloribus lacrimas uestras uanis gestibus et nutibus prouocat: sic
38 homicidum in uero flagitatis, in mendacio fletis. quod uero sacrificiorum reliquias et pocula delibata contemnimus, non confessio timoris est, sed uerae libertatis adsertio. nam etsi omne quod nascitur ut inuiolabile dei munus nullo opere conrumpitur, abstinemus tamen, ne quis *nos* existimet aut daemoniis, quibus

1 ingenitum furorem *scripsi:* ingenium eorum **P**, *quo seruato* mentes licentia *durissime Rigaltius* ‖ 3 mors subit *scripsi:* mors sit **P** mors *delet Ursinus* prorsus sit *Vonckius* ‖ 4 es sed *Rigaltius:* esset *m. 1*, ès et *m. 2* **P** ‖ 10 nobilitates **P** *m. 1* ‖ 14 et pompis uestris et spectaculis **P**; uestris *traieci* ‖ 17 inter se *Heumannus* ‖ 18 furor et *Meursius:* furore **P** ‖ 21 infigit *anonymus Parisinus:* infligit **P** | induendo **P**, *corr. Vonckius* ‖ 25, 26 contemnim', *sed* m' *in ras. m. 2* **P** ‖ 29 nos *addidit Heumannus.*

libatum est, cedere aut nostrae religionis pudere. quis 2
autem ille qui dubitat, uernis indulgere nos floribus, cum carpamus et rosam ueris et lilium et quicquid aliud in floribus blandi coloris et odoris est? his enim et sparsis utimur ac solutis et sertis mollibus colla conplectimur. sane quod caput non coronamus, ignoscite: auram bonam floris naribus ducere, non occipitio
capillisue solemus haurire. nec mortuos coronamus. 3
ego uos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi aut sentienti iam pacem aut non sentienti coronam, cum et beatus non egeat et miser non gau-
deat floribus. at enim nos exsequias adornamus eadem 4
tranquillitate qua uiuimus, nec adnectimus arescentem coronam, sed a deo aeternis floribus uiuidam sustinemus: quieti, modesti, dei nostri liberalitate securi spem futurae felicitatis fide praesentis eius maiestatis animamus. sic et resurgimus beati et futuri contempla-
tione iam uiuimus. proinde Socrates scurra Atticus 5
uiderit nihil se scire confessus, testimonio licet fallacissimi daemonis gloriosus, Arcesilas quoque et Carneades et Pyrro et omnis Academicorum multitudo deliberet, Simonides etiam in perpetuum conperendinet: philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores et adulatores nouimus in tyrannos et semper ad-
uersus sua uitia facundos. nos, *qui* non habitu sapien- 6
tiam sed mente praeferimus, non eloquimur magna sed uiuimus, gloriamur nos consecutos quod illi summa intentione quaesiuerunt nec inuenire potuerunt. quid

2 ille qui] *an* eloqui? ‖ 3 carpamus *Stewechius:* capiamus **P** ‖ 5 mollibus *post* utimur **P**, *traiecit Dombartus* ‖ 7 bonam *Halmius:* bona *m. 1,* boni *m. 2* **P** ‖ 8 capillis sue olemus **P** ‖ 10 iam *scripsi:* non **P** | pacem *scripsi* (*supra p.* XXXIV): facem **P** ‖ 12 ad enim **P** ‖ 15 quieti *Rigaltius:* qui et **P** ‖ 16, 17 animamur **P**, *corr. Vahlenus* ‖ 17 resurgimus beati *scripsi:* beati resurgimus **P**; *debet* beati *ad utrumque spectare; cf. et* 12, 6 *fin.* ‖ 20 arcaesilaus **P** ‖ 22 comperendinet *Sabaeus:* conpraehendi nec **P** ‖ 24 adulatores n. in tyrr. *scripsi:* adulteros n. et tyrr. **P** ‖ 25 qui *addidit Ursinus* ‖ 26 praeferimus] p *m. 2 add.* **P** ‖ 27 sumam **P**.

ingrati sumus, quid nobis inuidemus, si ueritas diuinitatis nostri temporis aetate maturuit? fruamur bono nostro et *regula* recti sententiam temperemus: cohibeatur superstitio, impietas expietur, uera religio reformetur.'

39 Cum Octauius perorasset, aliquamdiu nos ad silentium stupefacti intentos uultus tenebamus; et quod ad me, haesit magnitudine admirationis lingua, quod ea, quae facilius est sentire quam dicere, et argumentis et exemplis et lectionum auctoritatibus adornasset et quod maleuolos isdem illis quibus armantur philosophorum telis retudisset, ostendisset etiam ueritatem
40 non tantummodo facilem sed et fauorabilem. dum istaec igitur apud me tacitus euoluo, Caecilius erupit: 'ego Octauio meo plurimum quantum, sed et mihi gratulor nec expecto sententiam. uicimus et ita: uel improbe usurpo uictoriam. nam ut ille mei uictor est, ita ego
2 triumphator erroris. itaque quod pertinet ad summam quaestionis, et de prouidentia fateor et *de uno* deo cedo et de sectae iam nostrae sinceritate consentio. etiam nunc tamen aliqua animo subsidunt non obstrepentia ueritati sed perfectae institutioni necessaria, de quibus crastino, quod iam sol occasui decliuis est,
3 ut de toto congruentes promptius requiremus.' 'at ego' inquam 'prolixius omnium nostrum uicem gaudeo, quod

1 inuidemur P ‖ 3 regula *addidit Dombartus* ‖ 4, 5 reformetur *scripsi:* reseruetur P restauretur *Heumannus* ‖ 6 aliquandiu P *corr.* ‖ 7, 8 quod ad me est magnitudine admirationis euanui P; est *delet Lindnerus, in* ex *mutat Heumannus; ego inde elicui* ESIT, *id est* haesit; *unde ineptissimum illud* euanui *apparuit pro* lingua *repositum* ‖ 11 maleuolis P *m. 1* ‖ 12 retudisse P ‖ 13 faborabilem P | iste haec P ‖ 15 *post* quantum *inserit* P: eadem tranquillitate qua uiuimus, *quae ex* c. 38, 4 *repetita deleuit Ursinus* ‖ 16 uel *Halmius:* ut P ‖ 18 triumfator P | pertineat P, *corr. Ursinus* ‖ 19 de *Ursinus,* uno *ego addidi* ‖ 21 aliqua aĩo subsidunt *scripsi:* aliqua consubsidunt P aliqua subsidunt *Heumannus* ‖ 24 congruentes *Vahlenus:* congruentius P | ad ego P *m. 1* ‖ 25 uicem *Heumannus:* uice P.

etiam mihi Octauius uicerit, cum maxima iudicandi mihi inuidia detracta sit. nec tamen possum meritum eius uerborum laudibus repensare. testimonium et hominis et unius infirmum est: habet dei munus eximium, a quo et inspiratus orauit et obtinuit adiutus.'

Post haec laeti hilaresque discessimus, Caecilius 4
quod crediderit, Octauius [gaudere] quod uicerit, ego quod et hic crediderit et hic uicerit.

4 infirmium (*tertia* i *erasa*) P ‖ 7 gaudere *secluserunt P. Daniel et Ursinus* ‖ 8 quod et *Heumannus:* et quod P.

25/7/1904

INDEX NOMINUM PROPRIORUM.

M. ₰

Historici Graeci minores ed. *Dindorf*. 2 voll. 8.25
Historicorum Rom. rell. ed. *Peter* 4.50
Homeri Ilias, kplt 1 Band mit Einleitung von *Sengebusch*. . . 2.25
—— —— ed. *Hentze*. 2 voll. . . à
—— **Odyssea**, kplt. 1 Band mit Einleitung von *Sengebusch*. . . 2.25
—— **carmina**, I. 1 (Ilias I). . . . —.75
—— —— I. 2 (Ilias II). . . . . . —.75
—— —— II. 1 (Odyssea I) . . . . —.75
—— —— II. 2 (Odyssea II) . . . —.75
Horatius ed. *Müller*. Ed. maior . 1.—
—— —— Ed. minor . . . . —.75
Hygini Gromatici liber ed. *Gemoll* —.75
Hymni Homerici ed. *Baumeister*. . —.75
Hyperides ed. *Blafs*. Ed. II . . . 1.35

Iliadis carmina ed. *Koechly* . . . 3.—
Incerti auctoris lib. de Constantino Magno ed. *Heydenreich* . . . . —.60
Josephus, Flavius, ed. *Bekker*. 6voll. 12.60
Isaeus ed. *Scheibe*. 1.20
Isocrates edd. *Benseler* et *Blafs*. 2 voll. 2.70
Iuliani imp. op. ed. *Hertlein*. 2 voll. 6.75
Iurisprudent. anteiust. reliquiae ed. *Huschke*. Editio IV. . . . 6.75
—— —— —— Indices ed. *Fabricius* 1.80
—— Suppl. Bruchstücke a. Schriften röm. Juristen. Von *Huschke* . —.75
Iustiniani Inst. ed. *Huschke* . . . 1.—
—— **Novellae** ed. *Zachariae*. 2 voll. 10.50
Iustinus ed. *Jeep*. Editio maior . 2.70
—— Editio minor . . . . —.90
—— ed. *Rühl*. . . . .
Iuvenalis ed. *Hermann*. . . . . . —.45

Livius ed. *Weifsenborn*. 6 voll. . . 6.—
Vol. I—III auch in Heften . . à —.60
Vol. I pars I lib. I—III
—— pars II lib. IV—VI
Vol. II pars I lib. VII—X
—— pars II lib. XXI—XXIII
Vol. III pars I lib. XXIV—XXVI
—— pars II lib. XXVII—XXX
Ferner einzeln: lib. I et II . . . —.45
Lucian ed. *Jacobitz*. 3 voll.. . . . 6.30
—— —— Auch in 6 partes, à pars 1.05
Lucretius ed. *Bernays* 1.50
Lycophron ed. *Kinkel* 1.80
Lycurgus ed. *Scheibe* . . . . —.60
Lydus ed. *Wachsmuth* 2.70
Lysias ed. *Scheibe* 1.20

Macrobius ed. *Eyfsenhardt* 5.40
Manethon ed. *Koechly*. 1.50
Martialis ed. *Schneidewin* 1.50
—— ed. *Gilbert* . . . .
Martianus Capella ed. *Eyfsenhardt* 4.50
Maximus et Ammon. ed. *Ludwich*. 1.80
Metrolog. script. ed. *Hultsch*. 2 voll. 5.10
Minucius Felix ed. *Baehrens* . . .
Muretus ed. *Frey*. Vol I et II . . 2.40

Nicephori opuscula historica ed. *de Boor*. 3.30
Nicomachus ed. *Hoche* 1.80
Nonnus ed. *Koechly*. 2 voll. . . à 4.50
—— **paraphrasis** ed. *Scheindler* . . 4.50

Onosander ed. *Koechly* 1.20

M. ₰

Ovidii opera ed. *Merkel*. 3 voll. . 2.90
—— **tristia** . . . . —.45
—— **fasti** . . . . —.60
—— **met. delectus** ed. *Merkel* . . —.60
—— **metamorphoseon** ed. *Polle* .

Panegyrici latini XII ed. *Baehrens* 3.60
Pausanias ed. *Schubart*. 2 voll. . 3.60
Persius ed. *Hermann* . . . . —.30
Phaedrus ed. *Müller* . . . . —.30
Philodemi de musica librorum ed. *Kemke* 1.50
Philostratus ed. *Kayser*. 2 voll. . 8.25
Pindarus ed. *Christ* . . . . 1.—
Plato ed. *Hermann* et *Wohlrab*. 6 voll. 10.50
[Auch in 15 einzelnen Heften.]
Plautus ed. *Fleckeisen*. Vol. I. II. 2.70
—— —— einzelne Stücke . . . à —.45
Plini epistolae ed. *Keil* 1.20
—— **natur. historia** ed. *Jan*. 6 voll. 13.20
Plinius et Gargilius Mart. ed. *Rose* 2.70
Plotinus ed. *Volkmann*. 2 voll. . 9.—
Plutarchus ed. *Sintenis*. 5 voll. . 8.40
[Auch in 14 einzelnen Heften.]
—— **moralia** ed. *Hercher*. Vol. I . 1.80
Poetae latini min. ed. *Baehrens*. 5voll. 15.90
Polemon ed. *Hinck* . . . . 1.—
Polyaenus ed. *Woelfflin*. 4.50
Polybius ed. *Dindorf*. 4 voll. . . 11.70
Pomponii Melae de chorographia libri tres rec. *Frick*. 1.20
Porphyrion ed. *Meyer* 4.20
Porphyrius ed. *Nauck* 1.80
Proclus ed. *Friedlein* 6.75
Propertius ed. *Müller* . . . . . . —.60

Quintilian ed. *Bonnell*. 2 voll. . . 2.40
—— —— lib. X ed. *Halm* . . . . —.30
—— **declamationes** ed. *Ritter* . . 4.80
Quintus Smyrnaeus ed. *Koechly* . 1.50

Rerum naturalium script. Graeci ed. *Keller*. Vol. I 2.70
Rhetores Graeci ed. *Spengel*. 3 voll. 9.—
Ruhnkenii elogium Hemsterhusii ed. *Frey* . . . . —.45
Rutilius Namatianus ed. *Müller* . —.75

Sallustius ed. *Dietsch*. Ed. IV. . . —.45
Script. histor. Augustae. 2 voll. 7.50
Script. metrici Graeci ed. *Westphal*. Vol. I 2.70
Seneca ed. *Haase*. 3 voll. 7.80
—— **tragoediae** ed. *Peiper* et *Richter* 4.50
Seneca rhetor ed. *Kiefsling*. . . . 4.50
Simeo Sethus ed. *Langkavel* . . . 1.80
Sophocles ed. *Dindorf-Mekler*. Ed. VI 1.50
—— —— einzelne Stücke . . . à —.30
Soranus ed. *Rose*. 4.80
Statius Vol. I Silvae ed. *Baehrens* 1.80
—— Vol. II Fasc. I. Achilleis ed. *Kohlmann*. . . . . —.75
—— Vol. II Fasc. II. Thebais ed. *Kohlmann*. 4.80
Stobaei florilegium ed. *Meineke*. 4 voll. 9.60
Stobaei eclogae ed. *Meineke*. 2 voll. 6.—
Strabo ed. *Meineke*. 3 voll. . . . 6.—
Suetonius ed. *Roth* 1.50

2. Aufl. 8. 1877. geh. 60 ₰. Mit dem Texte des Phädrus 90 ₰.

Wörterbuch zu Siebelis' tirocinium poeticum. Von A. Schaubach. 6. Aufl. gr. 8. 1882. geh. 45 ₰.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.